

<i>Ex empto et uendito</i> . . . . .	1
De lo comprado y de lo vendido . . . . .	1
<i>De usu fructu</i> . . . . .	12
Del usufructo . . . . .	12
<i>De re uxoria ac dotibus</i> . . . . .	30
De los bienes dotales y de las dotes . . . . .	30
<i>De excusatione</i> . . . . .	38
De la excusa . . . . .	38
<i>Quando donator intellegatur revocasse uoluntatem</i> . . .	61
Cuando se entiende que el donador revocó su voluntad . .	61
<i>Ad legem Cinciam de Donationibus</i> . . . . .	68
A la ley Cincia de Donaciones . . . . .	68
<i>De cognitoribus et procuratoribus</i> . . . . .	90
Acerca de los representantes procesales y de los procuradores . . . . .	90

## EX EMPTO ET VENDITO (*desunt paginae octoginta*)

Paul.  
lib. VIII  
ad sab.?

**1** *Qui a muliere sine tutoris auctoritate sciens rem Mancipi emit uel falso tutore auctore quem sciit non esse, non uidetur bona fide emisse; itaque et ueteres putant et Sabinus et Cassius scribunt. Labeo quidem putabat nec pro emptore eum possidere, sed pro possessore, Proculus et Celsus pro emptore, quod est uerius: nam et fructus suos facit, quia scilicet voluntate dominae percipit et mulier sine tutoris auctoritate possessionem alienare potest. Iulianus propter Rutilianam constitutionem eum, qui pretium mulieri dedisset, etiam usucapere et si ante usucapionem offerat mulier pecuniam, desinere eum usucapere.*

**2** P(apinianus) libro III responsorum. Usurae uenditori post traditam possessionem arbitrio iudicis praestantur; ante traditam autem possessionem emptori quoque fructus rei uice mutua praeberi necesse est: in neutro mora considerabitur.

**3** Venditor, qui legem commissoriam exercere noluit, ob residuum pretium iudicio uenditi recte agit, quo secuto legi renuntiatum uidetur.

**4** Qui die transacto legem commissoriam exercere uoluit, postea uariare non potest.

1 = *Dig.* 18, 1, 27.

3 *Cfr. Dig.* 18, 3, 7.

4 *Cfr. Dig.* 18, 3, 4, 2.

## DE LO COMPRADO Y DE LO VENDIDO (*faltan ochenta páginas*)

1 Quien compra una cosa mancipable<sup>1</sup> a una mujer, sabiendo que vende sin autoridad del tutor, o con autoridad de un falso tutor, que él sabe que no lo es, no parece haber comprado de buena fe, y así tanto piensan los antiguos como escriben Sabino y Casio. Labeón ciertamente pensaba que aquél poseía no como comprador, sino como poseedor; Próculo y Celso, como comprador, lo cual es más verdadero; pues, por una parte, él hace suyos los frutos, porque evidentemente los percibe con la voluntad de la dueña; por otra, la mujer puede enajenar la posesión sin autoridad del tutor. Juliano pensaba que, por la constitución Rutiliana,<sup>2</sup> aquel que hubiera pagado un precio a la mujer también adquiere por usucapión; y que si antes de la usucapión la mujer ofreciera dinero, él deja de adquirir por usucapión.

2 Papiniano en el libro III *De las respuestas*. Por arbitrio del juez, los intereses se pagan al vendedor después de entregada la posesión; pero antes de entregada la posesión también es necesario que los frutos de la misma se ofrezcan al comprador como mutuo;<sup>3</sup> ni en uno ni en otro caso se considerará la mora.

3 El vendedor que no quiso ejercer la ley comisoria,<sup>4</sup> por el precio que resta, demanda rectamente con el juicio de venta;<sup>5</sup> seguido éste, parece que renunció a la ley.

4 Quien, pasado el plazo, quiso ejercer la ley comisoria, no puede variar después.

1 Las *res mancipi* o cosas mancipables, que se transmitían por *mancipatio* (de ahí su nombre) o *in iure cessio*, incluían los fundos situados en suelo itálico, los esclavos, los animales de tiro y carga (caballos, asnos y bueyes), y las servidumbres prediales rústicas.

2 La *actio Rutiliana* era una acción útil creada por el pretor Rutilio Rufo, concedida en favor del adquirente.

3 Es decir, como si los frutos hubieran sido dados en mutuo al vendedor.

4 La ley comisoria era un pacto adjunto al contrato de compraventa, con precio aplazado, por medio del cual las partes convienen que el vendedor se reserve el derecho de rescindir la compraventa si no se paga el precio en el término fijado, volviendo la cosa al vendedor.

5 Es decir, demanda con la acción de venta, *actio venditi*, acción civil, personal y de buena fe, en favor del vendedor, para reclamar al comprador la entrega del precio.

**5** Papinianus libro III responsorum. Aede sacra terrae motu diruta locus aedificii non est profanus et ideo ueniri non potest.

**6** Mulier seruam ea lege uendidit, ut, si redisset in eam ciuitatem, unde placuit exportari, manus iniectio esset. manente uinculo seruitutis si redierit, quae uendidit manum inciet et ex iure concesso mancipium *ab*ducet. post manumissionem autem si redierit, in perpetuam seruitutem sub eadem lege publice distrahetur. Quae uendidit si manum iniecerit non liberatae, mancipium retinere poterit ac manumittere; adimi quippe libertatem et publice uenditionem ita fieri placuit poppter pericula uenditorum, qui uel metuentes seruis suis offensam *uel* duritiam possunt paenitendo remittere.

**7** Quo minus possessio rei uenditae tradatur empti iudicio, decem annorum praescriptione non impeditur.

**8** Euictione *citra* dolum emptoris et iudicis iniuriam secuta duplum ex empti iudicio secundum legem contractus praestabitur.

**9** Creditor a debitore pignus recte emit, siue in exordio contractus ita conuenit siue postea; nec incerti pretii uenditio uidebitur, si conuenerit, ut pecunia fenoris non soluta creditor iure empti dominium retineat, cum sortis et usurarum quantitas ad diem soluendae pecuniae praestitutam certa sit.

**10** Iniquam sententiam euictae rei periculum uenditoris non spectare placuit neque stipulationem auctoritatis committere.

5 = *Dig.* 18, 1, 73, pr.

6 = *Dig.* 18, 7, 1.

9 *Cfr.* *Dig.* 20, 5, 12 pr.

**5** Papiniano en el libro III *De las respuestas*. Si un templo sagrado es destruido por un terremoto, el lugar del edificio no es profano y, por lo tanto, no puede venderse.

**6** Una mujer vendió una esclava conforme a esta ley: que sería aprehendida<sup>6</sup> si regresaba a esa ciudad, de donde se dispuso que fuera desterrada. Si regresara permaneciendo el vínculo de esclavitud, la que vendió la aprehenderá y, por derecho concedido, arrebatará el mancipio.<sup>7</sup> Sin embargo, si regresara después de la manumisión, será vendida públicamente a perpetua esclavitud por efecto de la misma ley. Si la que la vendió la aprehendiera no liberada, podrá retener el mancipio y manumitirla; en efecto, se dispuso que le fuera quitada la libertad y que así fuera hecha públicamente la venta a causa de los peligros de los vendedores, quienes temiendo tanto la ofensa de sus esclavos como su dureza pueden, arrepintiéndose, devolver la libertad.

**7** Por prescripción de diez años, no se impide que la posesión de la cosa vendida sea entregada en el juicio de compra.

**8** Habiendo seguido la evicción sin dolo del comprador y sin injuria del juez, se pagará el doble según la ley del contrato, por el juicio de compra.

**9** Un acreedor compra rectamente una prenda a su deudor, si así se convino en el principio del contrato o después; y no parecerá venta de precio indeterminado, si se hubiera convenido que, no pagado el dinero del rédito, el acreedor retuviera la propiedad de la compra conforme al derecho, puesto que la cantidad de capital y de intereses está determinada para el día preestablecido de pagar el dinero.

**10** Se dispuso que una sentencia injusta de una cosa eviccional no considerara el riesgo del vendedor ni quebrantara la estipulación de autoridad.

<sup>6</sup> La expresión *manus iniectio* se refiere al acto de echar la mano encima de una persona, significando el apoderamiento de la misma.

<sup>7</sup> Es decir, arrebatará la potestad sobre la esclava.

**11** Conuenit ad diem pretio non soluto uenditori alterum tantum praestari. quod usurarum centesimam excedit, in fraudem iuris uidetur additum. diuersa causa est commissoriae legis, cum in ea specie non fenus inlicitum exerceatur, sed lex contractui non inprobabilis dicatur.

**12** Ante pretium solutum dominii quaestione mota pretium emptor restituere non cogetur, tametsi maxime fideiussores euictionis offerantur, cum ignorans possidere coeperit. nam usucapio frustra complebitur anticipata lite nec oportet euictionis securitatem praestari, cum in ipso contractus limine domini periculum immineat.

**13** Venditor si per conlusionem imaginarium colonum emptoris decipiendi causa subposuit, ex empto tenebitur, nec idcirco recte defenditur, si, quo facilius excogitatum fraudem retineret, colonum et quinque annorum mercedes in fidem suam recipiat. alioquin si bona fide locauit, suspectus non erit.

**14** Lege uenditionis inempto praedio facto fructus interea perceptos iudicio uenditi restitui placuit, quoniam eo iure contractum in exordio uidetur, sicuti in pecunia quanto minoris uenierit ad diem pretio non soluto. cui non est contrarium, *quod* iudicium ab aedilibus in factum de recipiendo pretio mancipii redditur, quia displicuisse proponitur: quod non erit necessarium, si eadem lege contractum ostendatur.

11 *Cfr. Dig.* 19, 1, 13, 26.

12 = *Dig.* 18, 6, 19, 1.

13 *Cfr. Dig.* 19, 1, 49 pr.

**11** Si el precio no se paga en el día señalado, conviene que se dé al vendedor otro tanto. Parece que lo que excede la centésima de los intereses, se añade en fraude del derecho. Es distinto el caso de la ley comisoria, porque en este caso particular no se ejerce rédito ilícito, sino que se dice que la ley del contrato no es reprochable.

**12** Si se promueve una cuestión de dominio antes de haber sido pagado el precio, el comprador no será obligado a restituir el precio, aunque se ofrezcan ante todo fiadores<sup>8</sup> de la evicción, ya que, sin saberlo, había empezado a poseer. Pues, anticipado el litigio, la usucapición no se cumplirá, y no conviene que se presente garantía de la evicción, cuando al principio mismo del contrato amenace un riesgo del dueño.

**13** Si un vendedor puso por colusión a un colono imaginario para engañar al comprador, quedará obligado por la acción de compra, y no se defiende rectamente por esto: si, para retener más fácilmente el fraude inventado, aceptara a su fe al colono y las rentas de cinco años. Por otra parte, si alquiló de buena fe, no será sospechoso.

**14** Si por la ley de venta<sup>9</sup> un predio se tiene como no comprado, se dispuso que mediante el juicio de venta se restituyeran los frutos percibidos mientras tanto, pues parece que en un principio se había contratado con ese derecho, como si en dinero haya vendido más barato,<sup>10</sup> si el precio no se hubiera pagado en el día señalado. No es contrario a esto que los ediles concedan una acción de hecho para recuperar el precio de un esclavo, porque se propone que no agradó; la cual no será necesaria, si se muestra que se había contratado por la misma ley.

<sup>8</sup> En *Dig.* 18, 6, 19, 1, los fiadores son ofrecidos por el vendedor. Se trata de fiadores que garantizan que el vendedor responderá por la evicción.

<sup>9</sup> Se trata de la ley comisoria.

<sup>10</sup> Es decir, los frutos sustituirían el dinero que aún no ha pagado el comprador, aunque sea menos del precio acordado por el predio, como si el vendedor hubiera vendido más barato.

**15** Fructus pendentes etsi maturi fuerunt, si eos uenditor post uenditionem ante diem soluendi pretii percepit, emptori restituendos esse conuenit, si non aliud inter contrahentes placuit.

**16** Vino mutato periculum emptorem spectat, quam ante diem pretii soluendi uel condicionem emptionis inpletam id euenerit. quod si mille amphoras certo pretio corpore non demonstrato uini uendidit, nullum emptoris interea periculum erit.

**17** Euictis agris quanti emptoris interest iudicio empti lis aestimatur. quod si ab initio conuenit, ut uenditor pretium restitueret, usurae quoque post euictionem praestabuntur, quamuis emptor post dominii litem inchoatam fructum aduersario restituat; nam incommodum medii temporis damnum emptoris est.

(desunt paginae duodecim)

Valer. et  
Gallien.  
p. C. 255.

**18** ...secundum ius in facinorosos... emptores inquietari, sed actione fiducia... Valeriano III et Gallieno II cons...

Gallien.  
p. C. 260.

**19** Gallienus Aug. ...Res pupillorum a creditoribus patris propter debita paterna iure uindicari nullo possunt. Si igitur abstinuisti paterna hereditate non agnita, contra uenditionem a creditoribus patris tui rei tuae factam praesidem adi, qui inquietari te in possessione non sinet. ... Saeculare II et Donato cons.

Imper  
incertus.

**20** ...per Iulium Menophilum spectabilem uirum... auxilium non potest denegari... pecuniam creditoribus... habere non potuit in poss... et usurarum, quia in commun... kal. Iuliis Viminacii...



**15** Se convino que debían restituirse al comprador los frutos que pendían aunque estuvieran maduros, si el vendedor los recogió después de la venta y antes del día señalado para pagar el precio, si no se dispuso otra cosa entre los contratantes.

**16** Mudado el vino, el riesgo atañe al comprador, aunque esto sucediera antes del día señalado para pagar el precio o antes de cumplida la condición de compra. Pero si, no demostrado el cuerpo del vino, alguien vendió mil ánforas en precio determinado, el comprador no tendrá, mientras tanto, ningún riesgo.

**17** Eviccionados los campos, el litigio se estima en la acción de compra en cuanto interesa al comprador. Y si desde el inicio se convino que el vendedor restituyera el precio, también se pagarán los intereses después de la evicción, aunque el comprador restituya al adversario el fruto, después de comenzado el litigio sobre la propiedad; pues la inconveniencia del tiempo intermedio es en daño del comprador.

*(faltan doce páginas)*

**18** Según el derecho contra los facinerosos... que los compradores son inquietados, pero por la acción de fiducia... siendo cónsules Valeriano, por tercera vez, y Galieno, por segunda vez...

**19** Galieno Augusto... Los bienes de los pupilos bajo ningún derecho pueden ser vindicados por los acreedores del padre a causa de deudas paternas. Pues si te abstuviste de la herencia paterna no reconocida acude, contra la venta de tus bienes hecha por los acreedores de tu padre, al gobernador, quien no permitirá que tú seas inquietado en tu posesión... Siendo cónsules Secular, por segunda vez, y Donato.

**20...** por medio de Julio Menofilo, hombre notable... el auxilio no puede ser denegado... dinero a los acreedores... no pudo tener en... y de los intereses, porque en común... en las calendas de julio<sup>11</sup> en Viminacio.

<sup>11</sup> 1o. de julio.

- Gallien. **21** Gallienus Aug. ... *alienandae non sunt. aditus itaque... cedente eius iussione qui i... Proposita VIII kal. Nou. Patauii?...*
- Diocl.  
et Max.  
et Const.  
et Galer. **22** Diocletianus et Max(imus) *Constantius* [Atinia Plotianae. si deserta praedia]... [ob] cessationem conlation[um]... [distracta] uera fide comparasti et uenditionem *sollemniter perfecisti*, [uenditio]... [necessitate] facta conuelli non d[ebet]. ...
- Diocl.  
p. C. 285. **23** Dioclet(ianus) Aurelio [Leontio. Cum speciem uenditam uio]lencia ignis, qui nunc per poc... *grassatus est*, [absump]tam dicas, si uendition[em nulla condicio suspenderit, amissae rei periculum] te non adstringet. Proposita [III non. Nou. Atubino Diocletiano Aug. II et Aristobulo cons.].
- Diocl.  
p. C. 285. **24** Diocletianus Claudia... emptori indemnitatem... possessionem uenditam esse cog... ex qualitate rei perditus... *Diocletiano Aug. II et Aristobulo cons. ...*
- Gallien  
p. C. 262. **25** *Gallienus Aug.*... mtico possessionem *paternam*... ab aliquo directi iuris *emptore*... *Gallieno V et Faustino cons.*
- Imper.  
incertus. **26** ...*necessitatibus urgentibus pater... uiuis parentibus placuit... I familia longa aetate... e praef. urbi u. c. Proposita II kal. ... cons.*
- Imper.  
incertus. **27** ...*ium Fortunatum militem... e controuersia moueri consti... ipso Aug. III consule.*
- Alex  
p. C. 230. **28** *Alexander Aug.* ... uendendarum possessionum... ii neque alienare eas neque... Agricola et Clementino cons.
- Imper.  
incertus. **29** ...*Sabiniani non oportuit post interpo... cari. praepropere igitur procurator... rationis meae possessiones... ium nec emptor ignora... ordine audietur. Proposita kal.*

22 = *Cod. Iust.* 4, 46, 2.

23 = *Cod. Iust.* 4, 48, 5.

**21** Galieno Augusto... no deben enajenarse. El acceso y así... concediendo la orden de aquel que... Propuesta 9 días antes de las calendas<sup>12</sup> de noviembre en Patavio...

**22** Diocleciano y Máximo Constancio a Atinia Plociana. Si los predios abandonados... por cesación de contribuciones... vendidos compraste con verdadera fe e hiciste la venta solemnemente, la venta... hecha por necesidad no debe ser anulada...

**23** Diocleciano a Aurelio Leoncio. Como dijeras que la mercancía vendida había sido destruida por la violencia del fuego, el cual ahora por... atacó, si ninguna condición había suspendido la venta, no te obligará el riesgo de la cosa perdida. Propuesta tres días antes de las nonas<sup>13</sup> de noviembre, siendo cónsules Atubino Diocleciano Augusto, por segunda vez, y Aristóbulo.

**24** Diocleciano, Claudia... al comprador... se vendió una posesión... muy conocedor de la cualidad de la cosa... Siendo cónsules Diocleciano Augusto, por segunda vez, y Aristóbulo.

**25** Galieno Augusto... la posesión paterna... por algún comprador del derecho directo... Siendo cónsules Galieno, por quinta vez, y Faustino.

**26** urgiendo las necesidades, el padre... pareció bien a los parientes vivos... por una familia de larga vida... del prefecto de la urbe, hombre clarísimo. Propuesta dos días antes de las calendas... siendo cónsules...

**27**...al soldado Fortunato... moverse de la controversia... Siendo cónsul el mismo Augusto, por tercera vez.

**28** Alejandro Augusto... de las posesiones que deben venderse... ellos ni enajenarlas ni... siendo cónsules Agrícola y Clementino.

**29** Del sabiniano no fue conveniente después... Por consiguiendo rápidamente el procurador... las posesiones de mi razón... ni el comprador... será oído en orden. Propuesta en las calendas...

12 24 de octubre.

13 3 de noviembre.

Aurel.  
p. C. 271.

**30** *Aurelianus Aug. ...Si praedii, de quo controuersia est inter uos, ita in possessione fuisti, ut proponis, et inde... eiectus inueniris, is erit... u. c. pro sua aequitate ad effectum... Aureliano et Basso cons.*

Imper.  
incertus.

**31** *...carissime nobis. Tenes tu quidem... liquidissime et lites dirimis... tum statutis tuis non cu... e incipient discedere... in diuersum euentum sententiae... litigabatur, insidunt partium allegationibus... u et interpretationem diuersam... est, non censui: quasi uero in ea.*

*(desunt paginae aliquot)*

Const. et  
Licin.  
p. C. 312.

**32** *Aditus competens iudex considerato tutelae iudicio eam curabit ferre sententiam, quam agnitam legibus esse prouiderit. Proposita IIII kal. Sept. Constantino et Licinio Augg. II cons.*

*lidem*  
p. C. 315.

**33** *Augg. et Caess. Rutiliae Primae. Ingenuos progenitos seruitutis adfligi dispendiis minime oportere etiam nostri temporis tranquillitate sancitur, nec sub obtentu initaie uenditionis inlicite decet ingenuitatem infringi. quare iudicem competentem adire par est, qui in liberali causa ea faciet compleri, quae in huiusmodi contentionibus ordinari consuerunt, secundum iudiciariam disciplinam partibus audientiam praebiturus. Proposita idib. Aug. Romae Constantino et Licinio Augg. IIII cons.*

**30** Aureliano Augusto... si estuviste en posesión del predio acerca del cual hay controversia entre vosotros, así como propones, y desde entonces... te encontraras expulsado, él será... hombre clarísimo por su equidad para el efecto... siendo cónsules Aureliano y Baso.

**31...** queridísimo a nosotros. Tú tienes ciertamente... y muy fluidamente dirimes los litigios... entonces con tus estatutos no... empezarán a alejarse... a diverso resultado de la sentencia... se litigaba, se sientan en las alegaciones de las partes... e interpretación diversa... es, no dispuse: como si verdaderamente en ella.

*(faltan algunas páginas)*

**32** El juez competente al que se acudió, considerado el juicio de tutela, cuidará de dictar esta sentencia conocida, que fue prevista en las leyes. Propuesta 4 días antes de las calendas de septiembre, siendo cónsules los augustos Constantino y Licinio, por segunda vez.

**33** Los Augustos y Césares a Rutilia Primera. También por la tranquilidad de nuestro tiempo, se sanciona que de ningún modo es conveniente que los nacidos ingenuos sean afligidos con los perjuicios de la esclavitud. Y no es conveniente que se infrinja la ingenuidad ilícitamente bajo el pretexto de una venta iniciada. Por eso, es natural acudir a un juez competente, el cual, habiendo de ofrecer audiencia a las partes, según la disciplina judicial, hará que en una causa de libertad se cumpla lo que acostumbró ordenarse en contenciones de este tipo. Propuesta en los *idus* de agosto,<sup>14</sup> en Roma, siendo cónsules los Augustos Constantino y Licinio, por cuarta vez.

<sup>14</sup> 13 de agosto.

*Idem*

p. C. 313.

**34** Augg. et Caess. Flauiae Aprillae. Cum profitearis te certa quantitate mancipium ex sanguine comparrasse, cuius pretium te exsoluisse dicis et instrumentis esse firmatum, hoc a nobis iam olim praescriptum est, quod, si uoluerit liberum suum recipere, tunc in eius locum mancipium domino dare aut pretium quo ualisset numeraret. Etiamnunc, si a suis parentibus certo pretio comparasti, ius dominii possidere te existimamus. nullum autem ex gentilibus liberum adprobari licet. *Subscripta XII kal. Aug. Constantino Aug. III cons.*

*Idem*

p. C. 313.

vel potius  
Constant.

p. C. 337.

**35** **1** Augg. et Caess. Nulla uerecundiae uel quietis mora uel quolibet interuallo cunctandi passim nunc singuli, modo populi proruentes *nostros* in obtutus sic uniformes querellas *isdem* fere sermocinationibus uoluntarunt, ut nec interpellantium credulitati ualeret occurrere nec allegationum qualitas disparari, parens carissime atque amantissime *nobis*. pari siquidem exemplo uociferationibus *consertis* multitudines memorarunt non iuste res suas esse diuenditas, aliis possidentibus se fiscalia luere, frequenti denique obsecratione delata remedium cupuerunt. **2** his sumus ualde permoti, uerentes ne alicuius calliditatibus *auerabili* emolumento persuasi res suas uenderent sine censu ac post subsidia nostrae mansuetudinis precarentur. itaque uersutis calliditatis commenta miscentibus, dum *insidiarum* fallentium non suspicamur arcana, pro innocentiae nostrae natura ceteros aestimantes, detrimento census nocentes leuaremus. **3** has fraudes, hos dolos, istas argutias

**34** Los Augustos y Césares a Flavia Aprila. Ya que declaras que tú compraste en cantidad determinada un esclavo de sangre,<sup>15</sup> cuyo precio dices que tú pagaste y que se firmó en instrumentos, ya en otro tiempo nosotros hemos prescrito esto: que, si quisiera recuperar a su hijo, entonces en su lugar diera al dueño un esclavo o pagara el precio que hubiera valido. Incluso ahora, si lo compraste de sus padres por precio determinado, estimamos que tú posees el derecho de dominio. Pero no es lícito que se apruebe como hijo a ninguno de entre los parientes. Suscrita 12 días antes de las calendas de agosto,<sup>16</sup> siendo cónsul Constantino agosto, por tercera vez.

**35** Los Augustos y Césares. Sin ninguna demora o algún intervalo de vergüenza o quietud cada uno de los que ahora han de reunirse por doquier, hace poco pueblos que salían a nuestras miradas, arrojaron las mismas quejas con las mismas palabras, de tal modo que no valía que se ocurriera a la credulidad de los que interpelaban ni que fuera malinterpretado el modo de las alegaciones, padre queridísimo y amantísimo para nosotros. Si acaso con igual ejemplo unidas las vociferaciones, las multitudes recordaron que sus cosas habían sido vendidas injustamente a muchos, que, siendo otros los poseedores, ellos pagaban los derechos del fisco; y finalmente, presentada una frecuente obsecración ansiaron el remedio. **2** Fuimos muy conmovidos por ellos, respetando que, persuadidos con una ganancia detestable por las habilidades de alguno, vendan sus cosas sin censo y después suplquen subsidios de nuestra mansedumbre. Y así aunque los astutos mezclan falsedades de la habilidad, mientras no sospechamos los secretos de las engañosas insidias, estimando a los demás por la naturaleza de nuestra inocencia, quitaríamos a los que dañan en detrimento del censo. **3** Por ley prohibimos estos fraudes, estos dolos,

15 Comprar un esclavo de sangre (*mancipium ex sanguine comparasse*), podría significar que alguien adquirió en mancipio al hijo de otro. Por eso, más adelante dice: “si quisiera recuperar a su hijo”. Véase la nota 35.

16 21 de julio.

lege prohibemus, constitutione secludimus, et idcirco iustae prouidentiae consulta deliberatione sancimus, ut omnino qui comparat rei comparatae ius cognoscat et censum, neque liceat alicui rem sine censu uel comparare uel uendere. inspectio autem publica uel fiscalis esse debet hac lege, ut si aliquid sine censu uenierit et post ab aliquo deferatur, uenditor quidem possessionem, comparator uero id quod dedit pretium fisco uindicante deperdat. **4** id etiam uolumus omnibus intimari nostrae clementiae placuisse neminem debere ad uenditionem rei cuiuslibet adfectare et accedere, nisi eo tempore, quo inter uenditorem et emptorem contractus sollemniter explicatur, certa et uera proprietatis uicinis praesentibus demonstretur: usque eo legis istius cautione currente, ut etiamsi subsellia uel ut uulgo aiunt scamna uendantur, ostendendae proprietatis probatio compleatur. **5** hinc etenim iurgia multa nascuntur; hinc proprietatis iura temerantur; hinc dominiis uetustissimis molestia comparatur, cum caecitate praepropera et rei inquisitione neglecta, luce ueritatis omissa nec perpetuitate cogitata domini, iuris ratione postposita ad rei comparisonem accedunt, omissis omnibus dissimulatis atque neglectis id properant atque festinant, ut quoque modo cuniculis nescio quibus inter emptorem et uenditorem sollemnia celebrentur: cum longe sit melius, sicuti diximus, ut luce ueritatis, fidei testimonio publica uoce, sub clamationibus populi idoneus uenditor adprobetur, quo sic felix comparator atque securus aeuo diuturno persistat. **6** quod pro quiete totius successionis eloquimur, ne forte aliquis uenditor suum esse dicat, quod esse constat alienum, *idque* comparator malo uenditore deterior incautus et credulus, cum testificantibus uicinis omnia debeat quaerere, ab uniuersorum disquisitione dissimulet; quem sic oporteat agere, ut nec illud debeat requiri quod ex iure dicitur: ‘si



esas argucias, por constitución los desterramos, y por deliberación sancionamos las resoluciones de justa providencia por esto, para que quien compra, conozca totalmente el derecho y el censo de la cosa comprada, y no sea lícito a alguno comprar o vender alguna cosa sin censo. Pero la inspección deberá ser pública o fiscal por esta ley: que si vendiera algo sin censo y después fuera delatado por alguno, vindicando el fisco, el vendedor ciertamente pierda la posesión; pero el comprador, aquel precio que dio. **4** También queremos que sea inculcado a todos esto: que a nuestra clemencia pareció bien que nadie debe promover y acceder a la venta de una cosa cualquiera, a no ser que en ese tiempo, en el cual solemnemente se explica el contrato entre vendedor y comprador, estando presentes los vecinos se demuestre que la propiedad es cierta y verdadera; extendiéndose la caución de esa ley de tal modo que, aunque se vendan los asientos o, como comúnmente dicen, los peldaños, que se cumpla la prueba para mostrar la propiedad. **5** En efecto, por un lado nacen muchos pleitos, por otro se violan los derechos de propiedad, por otro se produce molestia por dominios viejísimos, cuando por ceguera precipitada y descuidada la investigación de la cosa, omitida la luz de la verdad y no meditada la perpetuidad del dominio, pospuesta la razón del derecho, acceden a la compra de una cosa, omitidas, disimuladas y descuidadas todas las cosas, se apresuran y precipitan a esto: que de cualquier modo no sé en qué subterráneos se celebren solemnidades entre comprador y vendedor; siendo mucho mejor, como dijimos, que el vendedor idóneo sea aprobado a la luz de la verdad, con la voz pública como testimonio de fe, bajo los clamores del pueblo, con lo cual así el comprador permanecería por largo tiempo feliz y seguro. **6** Por la tranquilidad de toda la sucesión expresamos esto: que ningún vendedor casualmente diga que es suyo lo que consta que es ajeno, y que esto el incauto y crédulo comprador, peor que un mal vendedor, debiendo indagar todo testificando los vecinos, lo disimule a la investigación de todas las cosas; conviene que aquél actúe de modo que no deba requerirse aquello que se dice según el derecho: “si

a domino res uendita sit'. **7** ita ergo uenditionum omnium est tractanda sollemnitas, ut fallax illa et fraudulenta uenditio penitus sepulta deperat. cui legi deinceps cuncti parere debebunt, ut omnia diligenti circumspectione quaesita per uniuersas successiones tuto decurrant neque aliquem ex inprouidentia casum malignae captionis horrescant. Data IIII kal. Sept. a praefecto praetorio ad correctorem Piceni Aquileia. Accepta XIII kal. Oct. Albae Constantino Aug. III. cons.

Constant  
et  
Licin.  
p. C. 317,  
319.

**36** Augg. et Caess. Basso. Valentinus perfidiam et maxime *de illo queritur, quia a tutore processit*, a quo aliquid in fortunas suas perniciosissimum proficisci minime omnium condecebat. Exuperantius u. c. si tantum auunculus Valentino esset, nequaquam in Valentinum peccare deberet, qui nunc.

*(desunt paginae aut quattuor aut octo)*

Valentin.  
Valens. et  
Gratian.  
p. C. 369,  
372.

**37 1** uidelicet iactando numquam... fiduciam sibi esse seruatum... obnoxia comparator accedi... num, proinde posthac saltim fraudesque talia dissemina... centur nullus aditus fictis c... dolis relinquatur ingenui... ad prouincialium preces dudum est *constitutum*... **2** satisfacere uel nollent pub... summa re leuaret. iam nunc i... *constituimus* perspicue lege sancire, ut quaecum [que pro reliquis in annonario titulo ceterisque] fiscalibus debitis luxu ac *nequitia perditorum hominum* [prodi-

la cosa fuera vendida por su dueño”. **7** Por lo tanto, la solemnidad de todas las ventas se debe tratar, de modo que aquella venta falaz y fraudulenta perezca totalmente sepultada. Después, todos deberán obedecer a esta ley, de modo que recorran seguramente todas las cosas indagadas con diligente circunspección por todas las sucesiones, y no teman por imprevisión a caso alguno de engaño maligno. Dada 4 días antes de las calendas de septiembre<sup>17</sup> por el prefecto del pretorio al corregidor<sup>18</sup> del Piceno en Aquilea. Aceptada 14 días antes de las calendas de octubre<sup>19</sup> en Alba, siendo cónsul Constantino Augusto, por tercera vez.

**36** Los Augustos y Césares a Basso. Valentino se queja de perfidia y principalmente de aquello porque procedía del tutor, de quien de ningún modo<sup>20</sup> convenía que algo pasara perniciosamente a sus fortunas. Exuperancio, hombre clarísimo, si sólo fuera tío materno de Valentino, en absoluto debería cometer falta contra Valentino, quien ahora...

*(faltan cuatro u ocho páginas)*

**37 1** Ciertamente lanzando nunca... que la fiducia se había observado para sí... que el comprador se acerca con obligada... por consiguiente desde entonces al menos... y los fraudes tales cosas... ninguna entrada a los fingidos... a los dolos del ingenuo se deje... desde hace tiempo se constituyó ante las súplicas de los provincianos. **2** Satisfacer o no quieran... suma cosa quitara, ya ahora... constituimos claramente que por ley se sancione: que cualesquiera cosas que deban ser licitadas bajo subasta en pro de las restantes deudas al título del anonario<sup>21</sup> o en pro de las demás deudas fiscales por lujo y maldad de hombres perdidos y pródi-

17 29 de agosto.

18 El *corrector* era el magistrado que, bajo el imperio, intervenía en el régimen de una provincia para corregir o enmendar determinados abusos existentes.

19 18 de septiembre.

20 La expresión latina *minime omnium* es una frase hecha, *omnium* refuerza el significado de *minime*.

21 Las anonas son provisiones, anuales o mensuales, que se distribuían a los ciudadanos en granos o cereales.

gorum] *que in fundis atque mancipiis uel in quibus* [umque corporibus sub auctione licitanda sunt, fisco] auctore uendantur et ut perpetu [o penes eos sint iure domini, quibus res huius] cemedi sub *hastae sollemni* [s arbitrio fisco adixerit.] ... in iis utitur uenditoris quae ob d... gi uel permissu iudicum distra *huntur*... emolumenta malle quam debita n... penes perditos maneant sib... nere contractuum tergiuersatio nu... interpretationis insidias pertimes... talis accesserit ignauorum... **3** [si quid] umquam, quo fisco facta uenditio [possit infringi, auctoritate rescripti fuerit impetratum,] iis quae contra utilitatem prouisionis *huius rescripta sunt*, [nullus obtemperet] magisque obreptiui praerogatu... *tale rescriptum, repellatur*. **4** cum haec sit commissa sec... atque luxuriam ferre debem... *antelucana* saepius uina rede... per somnum et gulam atque *lasciuiam*... alienare uelle nec posse defend... mus est. ita status debet esse fe... concedit qui et in satisfactio... nitas, nisi forsitan hi copiam... que repetendi, cum in praeteritum... uis omnium rerum multis ex... [cum etiam minoribus, si quan]do aliquid eorum pro fiscalibus debi[tis] adiudicatur emptoribus, repetitionis facultas in omnem intercipiatur aetatem... o res obnoxiae necessitatibus ...*saepius respexere leges, quia paren...* ut desidia mereri posse se *credant*... Data III id. Nou. Treueris. Accepta... *Valentiniano* nobilissimo puero et Victore cons. ...*ad...* *consularem prouinciae Lugdunensis primae Modesto et Arintheo cons.*

gos en fundos y esclavos o en cualesquiera cosas, se vendan por autoridad del fisco, y que por derecho de dominio estén perpetuamente en manos de aquellos a quienes el fisco hubiera adjudicado estas cosas de este modo mediante el arbitrio de la solemne asta...<sup>22</sup> en aquéllas se usa de lo que del vendedor por... o con permiso de los jueces se venden una por una... querer más las ganancias que las deudas... permanezcan en manos de los perdidos... tergiversación de contratos... temes mucho las insidias de la interpretación... tal haya accedido de los perezosos... **3** Si alguna vez por la autoridad del rescripto se obtuviera algo por lo cual pueda romperse una venta hecha por el fisco, nadie obedecería a aquellas cosas que contra la utilidad de esa provisión se resolvieron en rescripto y más por pregunta previa de lo clandestino... tal rescripto se rechace. **4** Cuando esta se haya cometido... y llevar el exceso... más a menudo los vinos matinales... por el sueño y la gula y la lascivia... querer enajenar y no poder... es. Así el estado debe ser... concede quien también en la satisfacción... a no ser que quizá estos a la abundancia... y de reclamar... como al pretérito... la fuerza de todas las cosas para muchos desde... como también para los menores, si alguna vez algo de ellos se adjudica a los compradores por deudas fiscales, la facultad de reclamación se intercepta en toda edad... cosas sujetas a necesidades... más a menudo volver a las leyes, porque... que por desidia crean que ellos pueden merecer. Dada cuatro días antes de los idus de noviembre en Treberis.<sup>23</sup> Aceptada... siendo cónsules Valentiniano, nobilísimo joven, y Víctor... al consular de la primera provincia Lugdunense, siendo cónsules Modesto y Arintheo.

22 Asta es la pica o lanza, que se clavaba en la tierra para anunciar la venta pública de un botín de guerra o de bienes del Estado. La venta se celebraba bajo la lanza, *sub hasta*, es decir, en subasta pública.

23 10 de noviembre.

Imper.  
incertus.

**38** ...bus tantum praedii rustici sit interdicta... nullum debitum doceatur. haec... supplicans Eugraphius memo... ad speciem fuerit ementitum... a res gesta probatur, ut precibus continetur... fuisse suggerit, Fauste carissime, aes... rem sit an in rem eius uersum ...t si res minori profuisse potuerit...

Imper.  
incertus.

**39** ...emptio et uenditio bonae fidei auctori... supplicet memorant raptis atque... t terroris iniectum, ut ei casula... scinderet uitesque inspectori... bonam fidem gestam in possessionis... auxilium iure congruum ita faciat... as aestimet. Data pr. non...

Imper.  
incertus.

**40** ...te patris, ut Maximus adserit, ...comparata omnium heredum commu... suam quoque consortes obtineant.

*(desunt paginae complures)*

**38** ...sólo del predio rústico se haya prohibido... que ninguna deuda sea enseñada. Esto... suplicando Eugrafio... a la mirada hubiera mentido... se aprueba la cosa realizada, como se contiene por las súplicas... sugiere que hubo, Fausto carísimo, bronce... a la cosa sea o hacia la cosa de él... si la cosa pudiera ser útil a un menor.

**39** ...la compraventa de buena fe al autor... suplique, recuerdan por los robos y... de terror lanzado, como para él la cabaña... destruyera y los viñedos al inspector... llevada la buena fe de la posesión... así haga congruente el auxilio por derecho... estime. Dada un día antes de las nonas...

**40** ...te del padre, como sostiene Máximo,... compradas las cosas comunes de todos los herederos... también los consortes obtengan la suya.

*(faltan muchas páginas)*

## DE VSV FRVCTV

- Diocl.  
Maxim.  
Constan.  
Galer.  
p. C. 298.
- 41** Diocletianus et Maximus Constantius Tannoniae Iuliae. Vsum fructum locari et uenumdari posse a fructuario nulli dubium est. proinde si, uendente filio tuo possessionem, etiam tu certo pretio usu fructu proprio cessisti, quem testamento mariti tui *tibi* relictum esse proponis, quando quidem emptorem contractus fidem commemoros minime custodire, aditus Aelius Dionysius uir clarissimus amicus noster id tibi faciet representari, quod te constiterit iure deposcere. Proposita VI id. Mart. Carthagini Fausto II et Gallo cons.
- Idem  
p. C. 293.
- 42** Aurelio Loreo cui et Enucentrio. Fructuario superstite licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius utendi fruendi non tollitur. Subscripta V id. Feb. Sirmi Augg. V et IIII cons.
- Diocl.  
Maxim.  
Const.  
Galer.  
p. C. 298.
- 43** Claudio Theodoto. Habitatio morte finitur, nec proprietatem ea quae habitationem habuit legando *domini* uindicationem, uel debitum negando *in* testamento creditoris actionem excludit. Subscripta IIII kal. Oct. Viminaci Caess. cons.
- 44** *Vlpianus* lib. II. R[espondit] Aurelio Felici fructus ex fundo per uindicationem pure relicto post aditam hereditatem a legatario perceptos ad ipsum pertinere, colonum autem cum herede ex conducto habere actionem.

42 Cfr. *Cod. Iust.* 3, 33, 3, 1.

43 = *Cod. Iust.* 3,33, 11.

44 = *Dig.* 30, 120, 2.



## DEL USUFRUCTO

**41** Diocleciano y Máximo Constancio a Julia Tanonia. Nadie duda que el usufructuario pueda alquilar y vender el usufructo. Por consiguiente si, vendiendo tu hijo la posesión, también tú cediste en precio cierto el propio usufructo, el cual propones que te había sido dejado por testamento de tu marido, puesto que ciertamente recuerdas que el comprador de ningún modo guarda la fe del contrato, Elio Dionisio, al que se acudió, hombre clarísimo, amigo nuestro, hará que inmediatamente se te pague aquello que conste que tú exiges según derecho. Propuesta 6 días antes de los idus de marzo<sup>24</sup> en Cartago, siendo cónsules Fausto, por segunda vez, y Galo.

**42** A ese Aurelio Loreo<sup>25</sup> y a Enucentrio. Sobreviviendo el fructuario, aunque el dueño de la propiedad sea eximido de las cosas humanas, no se pierde el derecho de usar y de disfrutar. Suscrita 5 días antes de los idus de febrero<sup>26</sup> en Sirmio, siendo cónsules los Augustos, por quinta y cuarta vez.<sup>27</sup>

**43** A Claudio Teodoto. El derecho de habitación se acaba con la muerte, y la que tuvo derecho de habitación no excluye la vindicación del dueño legando la propiedad, o la acción del acreedor negando la deuda en el testamento. Suscrita 4 días antes de las calendas de octubre<sup>28</sup> en Viminacio, siendo cónsules los Césares...

**44** Ulpiano en el libro II respondió a Aurelio Félix que los frutos de un fundo dejado sin condición por vindicación,<sup>29</sup> percibidos por el legatario después de aceptada la herencia, le pertenecen a él mismo, pero que el colono tiene acción de arrendamiento contra el heredero.

24 10 de marzo.

25 Diocleciano y Maximo Constancio a ese...

26 9 de febrero.

27 En el *Cod. Iust.* 3, 33, 3, 1 dice: *Proposita III K. Aug. Antonino Aug. IIII et Balbino cos.*

28 28 de septiembre.

29 Es decir, mediante un *legatum per vindicationem*.

**45** *Paulus* lib. II manualium ex tribus. Tametsi usus fructus fundi mancipi non sit, tamen sine tutoris auctoritate alienare eum mulier non potest, cum aliter quam in iure cedendo id facere non possit nec in iure cessio sine tutoris auctoritate fieri possit. Idemque est in seruitutibus praediorum urbanorum.

**46** *Idem* lib. I manualium. Actio de *usu fructu* isdem modis perit, quibus ipse usus fructus, praeterquam non utendo. pecuniae quoque usus fructus legatus per annum non utendo *non perit* quia nec usus fructus est et pecuniae dominium fructuarii, non heredis est.

**47** Item. Per mancipationem deduci usus fructus potest, non etiam transferri. per do lego legatum et per in iure cessionem et deduci et dari potest.

**47a** Item. Potest constitui et *familiae erciscundae* uel *communi* diuidendo iudicio legitimo. in re nec mancipi per traditionem deduci usus fructus non potest nec in homine, si peregrino tradatur; ciuili enim actione constitui potest, non traditione, quae iuris gentium est.

**48** Item. Ad certum tempus et in iure cedi et legari et officio iudicis constitui potest.

**49** Item. Ex certo tempore legari potest; *sed* an in iure cedi uel an adiudicari possit, uariatur; uideamus, ne non possit, quia nulla legis actio prodita est de futuro.

**45** Paulo en el libro II *De los Manuales*, de tres. Aunque el usufructo de un fundo no sea del mancipio,<sup>30</sup> sin embargo, la mujer no puede enajenarlo sin la autoridad del tutor, ya que no puede hacerlo de otro modo que en cesión ante el pretor, y la cesión ante el pretor no puede hacerse sin la autoridad del tutor. Y lo mismo es en las servidumbres de los predios urbanos.

**46** El mismo, en el libro I *De los Manuales*. La acción acerca del usufructo perece en los mismos modos que el usufructo mismo, excepto por desuso. Tampoco el usufructo de dinero, legado por un año, perece por no usarlo, porque no hay usufructo y el dominio del dinero es del fructuario, no del heredero.

**47** Igualmente. El usufructo puede deducirse<sup>31</sup> en la mancipación, no así transferirse. Puede deducirse y darse por el legado “doy lego”<sup>32</sup> y por cesión ante el pretor.

**47a** Igualmente. Puede también constituirse en un juicio legítimo de repartición de la herencia o de división de lo común.<sup>33</sup> El usufructo no puede deducirse por tradición en una cosa no mancipable ni en un esclavo, si se entregara a un peregrino; sin duda puede constituirse por una acción civil, no por tradición, la cual es del derecho de gentes.

**48** Igualmente. Hasta cierto tiempo, el usufructo puede cederse ante el pretor, legarse y constituirse por oficio del juez.

**49** Igualmente. Puede legarse a partir de un tiempo determinado; pero es variado si puede cederse ante el pretor o adjudicarse; veamos que no se pueda, porque ninguna acción de ley acerca del futuro se ha dado a conocer.

30 Es decir, aunque el usufructo no se cuente dentro de los bienes y derechos que constituyen el patrimonio familiar o *mancipium*.

31 La deducción del usufructo (*deductio usufructus*) es un modo de constituir el usufructo en favor del dueño, quien transmite su propiedad a otro mediante la *mancipatio*, o la *in iure cessio*, con la exclusión del usufructo, que conserva para sí. También puede reservarlo para el heredero.

32 “Do lego” era la fórmula para constituir el *legatum per vindicationem*.

33 Una división que ponía fin a la copropiedad se alcanzaba mediante la *actio familiae erciscundae*, cuando se trataba de copropiedad entre coherederos, o *actio communi dividundo*, en cualquier otro caso de copropiedad. Cfr. D’Ors, *Estudio preliminar... cit.*, § 186.

**50** Item. In mancipatione uel in iure cessione an deduci possit uel ex tempore uel ad tempus uel ex condicione uel ad condicionem, dubium est; quemadmodum si is, cui in iure ceditur, dicit: ‘aio hunc fundum meum esse deducto usu fructu ex kal. Ian’. uel ‘deducto usu fructu usque ad kal. Ian. decimas’, uel ‘aio hunc fundum meum esse deducto usu fructu, si nauis ex Asia uenerit’; item in mancipatione: ‘emptus mihi esto pretio, deducto usu fructu ex kal. illis’ uel ‘usque ad kal. illas’; et eadem sunt in condicione. Pomponius igitur putat non posse ad certum tempus deduci nec per in iure cessionem nec per mancipationem, sed tantum transferri ipsum posse. *ego didici et deduci ad tempus posse, quia et mancipationem et in iure cessionem lex XII tabularum confirmat. num quid ergo et ex tempore et condicione deduci possit? sequitur et legatum deduci ad certum tempus posse.*

**51** Adquiri nobis potest usus fructus et per eos quos in potestate manu mancipiue habemus, sed non omnibus modis, sed legato, uel si heredibus illis institutis deducto usu fructu proprietatis legetur: per in iure cessionem autem uel iudicio familiae eriscundae non potest; per mancipationem ita potest, ut nos proprietatem, quae illis mancipio data sit, deducto usu fructu remancipemus.

**50** Igualmente. Hay duda si puede deducirse en una mancipación o en cesión ante el pretor a partir de un tiempo o hasta cierto tiempo, o a partir de una condición o hasta una condición, como si éste, a quien se cede ante el pretor, dijera: “digo que este fundo es mío, deducido el usufructo, a partir de las calendas de enero”, o “deducido el usufructo, hasta diez calendas de enero”,<sup>34</sup> o “digo que este fundo es mío, deducido el usufructo, si la nave viniera de Asia”; igualmente en la mancipación: “es comprado por mí en el precio, deducido el usufructo, a partir de aquellas calendas” o “hasta aquellas calendas”; y lo mismo está en la condición. Pomponio, por lo tanto, piensa que no puede deducirse hasta un tiempo cierto ni por cesión ante el pretor ni por mancipación, sino sólo puede transferirse el usufructo. Yo aprendí que también podía deducirse hasta un tiempo, porque la ley de las XII Tablas confirma tanto la mancipación como la cesión ante el pretor. ¿Acaso por consiguiente, puede deducirse algo tanto a partir del tiempo como a partir de la condición? Sigue que también el legado puede deducirse hasta un tiempo determinado.

**51** Nosotros podemos adquirir un usufructo también por medio de los que tenemos bajo potestad, bajo potestad marital o en cuasi esclavitud.<sup>35</sup> Pero no por todos los modos, sino por legado, es decir, si habiendo sido instituidos herederos aquéllos se lega una propiedad, deducido el usufructo; pero no podemos por cesión ante el pretor o por juicio de repartición de la herencia; podemos por mancipación de este modo: si nosotros, deducido el usufructo, enajenáramos de nuevo la propiedad que les fue dada por mancipación.

<sup>34</sup> Es decir, dentro de diez años.

<sup>35</sup> Los hijos, en la época clásica, podían ser vendidos mediante *mancipatio*, el comprador los adquiría en una cuasi esclavitud (*in mancipio*). Al ser manumitidos, los hijos no se hacían *sui iuris*, sino que recaían en la *patria potestas*. Cfr. *ibidem*, § 215.

**52** Vsus fructus ad certum tempus constitutus cum adiectione temporis sui *uindicari debet*. diuersum est, si in statulibero constitutus sit; tunc enim *pure uindicandus est*, sicut *pure uindicatur* qui simpliciter constitutus est, non adiectis casibus *quibus solet amitti usus fructus*.

**53** Item. Si altius tollendo aget is qui in infinitum tollendi ius non habet, si non expresserit modum, plus petendo causa cadit, quasi intenderit ius sibi esse in infinitum tollere.

**54** Sicut legato usu fructu loci sine seruitute iter quoque per loca testatoris debetur, ita in iure *cesso iter quoque contineri Neratius scribit*.

**55.** Vsus fructus sine persona esse non potest et ideo seruus hereditarius inutiliter usum fructum stipulatur. legari autem ei posse dicitur, quia dies eius non cedit statim, stipulatio autem pura suspendi non potest. quid ergo, si sub condicione stipuletur? uideamus ne nec hoc casu ualeat, *quia ex praesenti uires accipit stipulatio, quamuis petitio ex ea suspensa sit*.

**56** Item. Seruo uia inutiliter legatur, stipulatur autem eam utiliter, si dominus fundum habeat.

**57** Vsus fructus do lego seruo legatus morte et alienatione serui perit, si stipuletur, non perit; igitur et post mortem suam sicut cetera usum fructum seruus stipulari potest; quod aliter est in legatis.

55 = *Dig.* 45, 3, 26.

**52** El usufructo constituido hasta un tiempo determinado debe vindicarse con una indicación de su tiempo. Es diverso si se constituyera en favor de un esclavo manumitido en testamento bajo condición, pues entonces debe vindicarse puramente, así como puramente se vindica el que fue constituido simplemente, sin indicar los casos en los que el usufructo suele perderse.

**53** Igualmente. Si demanda para edificar más alto ese que no tiene derecho de edificar hasta el infinito, si no expresara la medida, la causa se pierde por pedir más, como si pretendiera que él tiene derecho de edificar hasta el infinito.

**54** Así como, habiendo sido legado el usufructo de un lugar sin servidumbre, también se debe el derecho de paso<sup>36</sup> por los lugares del testador, de tal modo, Neracio escribe que el derecho de paso también se contiene en el usufructo cedido ante el pretor.

**55** No puede haber usufructo sin persona, y por eso un esclavo hereditario estipula inútilmente un usufructo. Pero se dice que puede legársele, porque el día del legado no cede inmediatamente, pero la estipulación pura no puede suspenderse. ¿Y qué, si estipula bajo condición? Observemos que ni en ese caso vale, porque la estipulación acepta fuerzas del presente, aunque la reclamación se suspenda por aquella condición.

**56** Igualmente. La servidumbre de vía<sup>37</sup> se lega inútilmente a un esclavo, pero se le estipula útilmente si el dueño tiene el fundo.

**57** El usufructo legado por “doy lego” a un esclavo se extingue con la muerte y la enajenación del esclavo; si se estipulara, no se extingue; por consiguiente, el esclavo puede estipular el usufructo, incluso para después de su muerte, así como lo demás. Lo cual es de otro modo en los legados.

<sup>36</sup> *Iter* es el derecho real de servidumbre predial rústica que grava a un fundo en beneficio de otro, con la obligación de dejar pasar sobre él a pie, a caballo o en litera.

<sup>37</sup> La *vía* es una servidumbre predial rústica que concedía el derecho de atravesar con vehículos sobre el fundo ajeno, utilizando un camino de ocho pies, según la ley de las XII tablas.

**58** Si heres fundi, cuius usus fructus ab ipso sub condicione legatus sit, usum fructum legauerit alii pure et posterior eum adquisiuerit... usus fructus existente ea desinit ad posteriorem pertinere et priori acquiritur; nec ad posteriorem redit, si prior desierit habere usum fructum... item ac si quis usum fructum uxori pure reliquerit..., Titio autem, si ea nupserit, nubente ea pertinet ad Titium..., sed is eum deinde amittet, si iurauerit mulier secundum legem Iuliam ...: ad mulierem tamen usus fructus non redit: legis enim beneficium, quatenus peruenit, usum fructum sublatum semel... non restituit. sed uideamus, quid dicendum sit, si Titius postquam usus fructus ad eum peruenit... capite deminutus sit: nihil enim habuit, quod amitteret... Titio ac si ipsum testator expressisset... legauerit Meuiæ, deinde Titio...

**59** Vlpianus lib. XVII ad Sabinum. Verum est usu fructu legato diem semel tantum cedere. quamquam enim usus fructu[s] ex fruendo consistat, id est facto aliquo eius, qui fruitur] et utitur, tamen ei semel cedit [dies].

**60** Item. Dies autem usus fructus, [item usus non prius cedit quam adita heredi]tate. et Labeo quidem putabat etiam ante aditam eam diem eius cedere ut reliquorum legatorum; sed est uerior Iuliani sententia, secundum quam [tunc constituitur] usus fructus, cum quis iam f[rui potest].

59 = Dig. 7, 3, 1 pr.

60 = Dig. 7, 3, 1, 2.



**58** Si el heredero de un fundo, cuyo usufructo hubiera sido legado por él mismo bajo condición, legara puramente después el usufructo a otro y el legatario posterior lo adquiriera... el usufructo, cumplida aquélla, deja de pertenecer al legatario posterior y es adquirido por el primero; y no regresa al posterior, si el primero dejara de tener el usufructo... Igualmente también si alguien dejara el usufructo a la esposa puramente... pero a Ticio, si se casara con ella, casándose ella, pertenece a Ticio,... pero él lo perderá después, si la mujer jurara según la ley Julia...: sin embargo, el usufructo no regresa a la mujer: sin duda, el beneficio de la ley, hasta donde llega, el usufructo ofrecido una vez... no restituyó. Pero veamos qué debe decirse si Ticio, después que el usufructo llegó a él... perdiera capacidad jurídica: sin duda, nada tuvo. Lo que perdería... a Ticio también si el testador lo hubiera expresado a él mismo... hubiera legado a Mevia, después a Ticio.

**59** Ulpiano en el libro XVII a *Sabino*. Es verdad que cuando se lega un usufructo el día cede sólo una vez. Pues aunque el usufructo consista en disfrutar, esto es, en algún hecho de aquel que disfruta y usa, sin embargo, el día cede a él una vez.

**60** Igualmente. Pero el día del usufructo, igualmente el del uso, no cederá antes de aceptada la herencia. Y ciertamente Labeón pensaba que antes de aceptarla también cedía el día de ése, como el de los demás legados; pero es más verdadera la sentencia de Juliano, según la cual entonces se constituye el usufructo, cuando alguien ya puede disfrutar.

**61** Item. Amitti autem usum fruc[tum capitis minutione constat nec solum usum] fructum, sed etiam actionem de usu [fructu]: *scilicet si Titio usum fructum... testamento uel per fideicommissum lego uel relinquo et die eius cedente is capite minutus est... agere non potest.* [et parui] refert, utrum iure sit constitut[us usus fructus an uero tutione praetoris; proinde] *usus fructus* licet in fundo stipendiario uel tributario. [item in fundo uectigali uel superficie non] iure

constitutus capitis m[inutione amittitur]... *capitis* minutio extinguit usum *fructum*...

**62** Item. Sed ita demum amitt[itur capitis diminutione usus fructus, si iam constitutus est; ce]terum si ante *aditam* hereditatem aut ante [diem cedentem quis capite minutus est, constat non] amitti et ita Iulianus lib. XXXV *digestorum scribit: quare si tibi usus fructus per uindicationem fuit ex die legatus et capite minueris, antequam dies uenit... non nocebit tibi capitis* diminutio: hodie enim incipit.

**63** Item. Vsque adeo autem capitis d[iminutio eum demum usum fructum perimit,] qui iam constitutus est, ut, si in s[ingulos annos uel menses uel dies legatus sit, is demum, amittatur qui iam processit].

**64** Item. [Sicut in annos singulos usus fructus legari potest, ita] nec capitis diminutione amissum *denuo* [legari] *prohibemur*, [ut adiciatur ‘quotiensque capite mi]nutus erit’ uel sic ‘quotiens amis[sus erit, ei lego;... et tunc si capitis mi]nutione amittatur, repetitus [uidebitur]... iorum ante aditam hereditatem...

**64a** *Papinianus l. VII responsorum... netur.*

61 = *Dig.* 7, 4, 1 pr.

62 = *Dig.* 7, 4, 1, 1.

63 = *Dig.* 7, 4, 1, 3.

64 = *Dig.* 7, 4, 3 pr.

**61** Igualmente. Pero consta que el usufructo se pierde por la pérdida de la personalidad jurídica y no sólo el usufructo, sino también la acción de usufructo; es decir, si a Ticio un usufructo... lego o deajo en testamento o por fideicomiso y al ceder el día del legado él pierde su personalidad jurídica... no puede demandar. Y poco importa si el usufructo hubiera sido constituido según derecho o en verdad con la protección del pretor; por consiguiente, el usufructo es lícito en un fundo estipendiario o tributario. Igualmente el constituido sin derecho en un fundo vectigal o en una superficie, se pierde por la pérdida de la personalidad jurídica... la pérdida de la personalidad jurídica extingue el usufructo...

**62** Igualmente. Y así, finalmente, el usufructo se pierde por la pérdida de la personalidad jurídica, si ya fue constituido; por lo demás, si alguien perdió su personalidad jurídica antes de aceptada la herencia o antes del día que cede, consta que no se pierde, y así escribe Juliano en el libro XXXV de los digestos: por lo cual, si el usufructo te fue legado por vindicación a partir de un día y pierdes tu personalidad jurídica antes de día que se adquiere el legado... no te perjudicará la pérdida de tu personalidad jurídica, pues empieza ahora.

**63** Igualmente. Pero la pérdida de la personalidad jurídica extingue solamente el usufructo que ya se constituyó, hasta tal punto que si se legara por años o por meses o por días, solamente se pierde el que ya pasó.

**64** Igualmente. Así como el usufructo puede legarse por años, así no se nos prohíbe que sea legado nuevamente uno extinguido por la pérdida de la personalidad jurídica, de modo que se añada 'cuantas veces pierda su personalidad jurídica' o así 'cuantas veces lo haya perdido, a él lego...' y entonces si se extinguiera por pérdida de la personalidad jurídica, se tendrá por renovado... antes de aceptada la herencia.

**64a** Papiniano en el libro VII *De las respuestas...*

**65** *Item.* [Equis per fideicommissum relictis ut fructus post mo]ram fetus quoque praestabitur; sed fetus [secundus ut causa, sicut partus mulieris.] *quod* si gregem reliquit, uel morae actio *superuacanea est, cum fetus gregem relictum sequatur.*

**66** *Item.* ...um usu fructu legato. Vlpianus : ...usum fructum posse legari...

**67** ... escendum ut ne in cuius... m. summam igitur senatus consulti sententiam eam *puto*... ate usus fructus caperet cete... n ea aut in re noua omnes... fructum sed in *ueteribus rebus... diserte* ibi scriptum est. uerendum... ae.

**68** *Paulus libro singulari ad legem Falcidiam. Vsu fructu legato (nam iter non recipit hanc quaestionem), quia et diuidi potest, uideamus quomodo lex Falcidia in eo locum habere possit.* et ueteres quidem aestiman[dum totum usum fructum putabant et i]ta constituendum, quantum sit in [legato; sed Aristo a ueterum opinione rec]essit; ait enim posse quartam ex eo [sic ut ex corporibus retineri idque Iulian]us probat.

65 = *Dig.* 22, 1, 8.

68 = *Dig.* 35, 2, 1, 9.

**65** Igualmente. Dejadlos unos caballos en usufructo por fideicomiso,<sup>38</sup> se deberá también como fruto la cría posterior a la mora; pero como causa la segunda cría; así como el hijo de una esclava. Pero si dejó un rebaño, incluso la acción de la mora es superflua, ya que la cría sigue al rebaño dejado.

**66** Igualmente... legado un usufructo. Ulpiano:... que puede legarse un usufructo...<sup>39</sup>

**67...**<sup>40</sup> Subiendo para que no en cuyo... pues pienso que esa suma sentencia del senadoconsulto... adquiriera los usufructos... aquella o en una cosa nueva todos... pero en cosas viejas el fruto... allí se escribió disertamente. Se debe respetar...

**68** Paulo en el *libro singular a la ley Falcidia*.<sup>41</sup> Si se ha legado un usufructo (pues la servidumbre de paso no acepta esta cuestión), ya que también puede dividirse, veamos de qué modo pueda tener lugar la ley Falcidia en ello. Y ciertamente los antiguos pensaban que todo el usufructo debía estimarse y así establecerse cuánto valga el legado; pero Aristón se alejó de la opinión de los antiguos, pues dice que puede retenerse la cuarta parte del usufructo, así como de las cosas corporales y Juliano lo aprueba.

<sup>38</sup> El fideicomiso es la disposición de última voluntad, confiada a la buena fe de una persona (fiduciario), por la que se hacía un encargo en favor de otra persona (fideicomisario), para que la cumpliera.

<sup>39</sup> Por el *ítem* que aparece al principio, este fragmento se refiere a *Papinianus l. VII responsorum*, sin embargo, Huschke y Lenel (citados por Mommsen, Theodorus (ed), *Fragmenta... cit.*, p. 36, nota 6) opinan que se trata de una de las notas que Ulpiano hace a los *Responsa* de Papiniano.

<sup>40</sup> No hay constancia acerca del autor. *Cfr.* Mommsen, Theodorus (ed), *Fragmenta... cit.*, p. 36, nota 7.

<sup>41</sup> La ley Falcidia, ley rogada o plebiscito del año 40 a.C., propuesta por el tribuno P. Falcidius, reglamentaba la libertad de legar y establecía que una cuarta parte del haber hereditario debía ser para el heredero, por lo que si el testador disponía legados por encima de ese límite, debían reducirse proporcionalmente tales legados.

**69** Paulus l. XIII? *responsorum... testamento ita cauit: do lego eidem Seiae uxori meae bonorum meorum partis eius, filius meus qua mihi pro parte heres est, usum fructum... eum in diem quo legitimae aetatis erit filius... et ab ea satisfactionem exigi ueto, ita tamen, ut ab ea filius meus alatur ...et studiis liberalibus instituatur. quaesitum est de satisfactione fideicommissaria. Paulus respondit uxorem de... iussu praetoris non debere compelli ad satisfactionem eam ...*

*(desunt paginae octo)*

Vlp.  
lib. XVII  
ad sab.

**70 1** [Si fundi usus fructus fuerit legatus et sit ager, unde palo in fundum, cuius usus fructus legatus est, solebat paterfamilias uti uel salice uel harundine, puto] fructuarium hactenu[s uti posse, ne ex eo uendat, nisi forte salicti ei uel siluae pala]ris uel harundineti usus [fructus sit legatus; tunc enim et uendere potest. nam et Trebatius scribit] siluam aeduiam pos[se fructuarium caedere, sicut pater familias caedebat]. item ut harundinetum caedat fructuarium, quod caedendi causa paterfamilias aiebat, non, puto, prohibetur. item poterit [uendere, licet paterfamilias uendere] non solebat, sed ipse uti; [ad modum enim referendum est, non ad qualitatem utendi]. **2** Cassius autem usum fructum... ligni tignari quoque usum fructum ita quidem habebit fructuarium... ut eo utatur in aedificia, quae eius tantum agri causa facta sunt, sed neque alio modo... ea adhibeat nec uendat. sed tamen cum constet arbores demortuas ad fructuarium pertinere... ceteraeque materiae... sequuntur, numquid... ad proprietarium spectet ut... Trebatius autem simpliciter... esse eas fructuarii ... fructuarium adm...

70,1 = Dig. 7, 1, 9, 7.

**69** Paulo en el libro XIII (?) *de las respuestas...* así previno en el testamento: doy, lego, a la misma Seya, mi esposa, el usufructo de esa parte de mis bienes, de la cual parte mi hijo es mi heredero... a él para el día en que mi hijo tenga legítima edad... y prohíbo que sea exigida de ella una garantía, de modo que, sin embargo, mi hijo sea alimentado por ella... y sea instruido en los estudios liberales.<sup>42</sup> Se preguntó acerca de la garantía fideicomisaria.<sup>43</sup> Paulo respondió que la esposa acerca de... no debe ser obligada por orden del pretor a prestar garantía...

*(faltan ocho páginas)*

**70 1** Si se legara el usufructo de un fundo y hubiera un campo de donde el padre de familia solía usar el palo o el sauce o la caña para el fundo, cuyo usufructo se legó; pienso que el fructuario puede usarlo, pero no venderlo, a no ser que casualmente se le haya legado el usufructo o del saucedal o del bosque maderero o del cañaveral; entonces, sin duda, hasta puede vender. Pues también Trebacio escribe que el fructuario puede cortar el bosque tallar, como lo cortaba el padre de familia. Igualmente, pienso, no se prohíbe que el fructuario corte el cañaveral que el padre de familia cultivaba para cortar. Igualmente podrá vender, aunque el padre de familia no solía vender sino usarlo él mismo; pues ha de referirse a la medida, no a la cualidad de usar. **2** Pero Casio al usufructo... también el fructuario tendrá ciertamente el usufructo de leño de construcción... de modo que lo use en edificios que sólo se hicieron para ese campo, pero ni de otro modo... ni emplee ni venda eso. Sin embargo, cuando constara que los árboles muertos pertenecen al fructuario... y las restantes maderas... siguen, acaso si... corresponde al propietario que... Pero Trebacio simplemente... que esas sean del fructuario... que el fructuario...

42 Isidoro de Sevilla divide en siete las disciplinas liberales: gramática, retórica, dialéctica o lógica, aritmética, música, geometría y astronomía. *Cfr. Etimologías*, libro I, 2.

43 Se trata de una *satisfatio* efectuada por el heredero, a quien se obliga, mediante una estipulación de garantía, a ejecutar las disposiciones testamentarias.

**71** *Similiter de ligno* [Labeo ait] usque ad usum suum [et uillae posse usu fructuarium ferre nec materia eum pro ligno usurum, si] habeat unde utatur li[gno]. *idem ait usurum eum* [arboribus euulsis uel ui uentorum] etiam deiectis, puto tamen usque ad usum suum; alioquin et si totus ager sit hunc] casum passus, om[nes arbores auferret fructuarius.] materiam tamen ipse su[ccidere quantum ad uillae refectionem poterit,] *ut putat Neratius* lib. III membranarum, [quemadmodum calcem, inquit, coquere uel harenam fodere aliudue] quid aedificio neces[sarium sumere]...

**71a** ...apud Labeonem agitat... pertinere, quamuis Proculus non...

**71b** Nunc uidendum, si fructus serui legatus sit]... *quid contineatur* legato. quidquid is ex opera sua acquirit uel ex re fructuarii, ad eum pertinet,] *siue mancipio* accipiat siue stipuletur siue ei possessio fuerit tradita]. *similiter legatario* acquirit et si heres institutus sit uel legatum acceperit]. *nec recte de hoc puto* quaeri; quamuis Labeo distinguat, cuius gratia uel heres instituitur uel legatum acceperit.

**72 1** sed sicuti stipulatio]ne fructuario acquirit, [ita etiam paciscendo eum acquirere exceptionem fructuario Iulianus XXXV [digestorum scribit, idemque et si acceptum rogauerit, liber]ationem ei parere. [quoniam, autem diximus quod ex operis acquiritur ad fructuarium pertinere, sciendum [est etiam cogendum eum operari; etenim modicam quo]que castigationem fructuario competere Sabinus respondit et Cassius lib. VIII iuris ciuilibus scripsit, ita ut neque [torqueat neque flagellis caedat.] **2** *idem fructum operae*

71 = *Dig.* 7, 1, 12 pr.

71b = *Dig.* 7, 1, 21.

72,1 = 7, 1, 23 pr.

72,2 = 7, 1, 12, 1.



**71** Similarmente acerca del leño Labeón dice que el usufructuario puede aprovecharlo hasta para su uso y el de la villa, y que él no usará madera en lugar de leño, si tuviera de donde usar leño. El mismo dice que él usará los árboles arrancados o también los derribados por la fuerza de los vientos; sin embargo, pienso que hasta para su uso. Por otra parte, si todo el campo hubiera sufrido este accidente, el fructuario aprovecharía todos los árboles. Sin embargo, él mismo podrá cortar madera, cuanto necesite para la reparación de la villa, como piensa Neracio en el libro III de las membranas, del mismo modo, dice, que puede cocer cal o extraer arena o tomar alguna otra cosa necesaria para el edificio.

**71a...** de acuerdo con Labeón agita... que pertenece, aunque Próculo no...

**71b** Ahora debe verse si se legara el fruto de un esclavo... qué se contenga en el legado. Todo lo que el esclavo adquiere con su trabajo o con los bienes del fructuario, le pertenece a éste, sea que adquiera algo por mancipación, sea que estipule, sea que le fuera entregada una posesión. Similarmente adquiere para el legatario, también si el esclavo fuera instituido heredero o adquiriera un legado, pienso que acerca de esto no se pregunta rectamente, aunque Labeón distinga, por qué o es instituido heredero o recibe un legado.

**72 1** Pero así como por estipulación adquiere para el fructuario, así también Juliano escribe en el XXXV de los digestos<sup>44</sup> que, pactando, él adquiere la excepción para el fructuario, y lo mismo también si pidiera la cancelación de una deuda, le corresponde la liberación. Pero ya que dijimos que lo que es adquirido por sus trabajos pertenece al fructuario, también debe saberse que él ha de ser forzado a trabajar; en efecto, Sabino respondió que también compete al fructuario un castigo moderado, y Casio en el libro VIII del derecho civil escribió: de modo que no lo atormente ni golpee con flagelos. **2** Los mismos piensan que puede com-

<sup>44</sup> En el *Dig.* se cita *libro trigésimo*.

gladiatoriae eius usque ad praemia fructuario putant competere posse, ut uero pugnet, cogi non posse... idem et Sabinus, quamuis nauis [usu fructu legato nauigatum mittendam] putet, licet naufragii peri[culum immineat];... neque id contrarium est supra dictis; [n]aues enim ad hoc parantur [ut nauigent;] homine autem aliter uti possumus.

Sev. Alex.  
p. C. 233?  
Claudius  
p. C. 269?

**73** ... Si quis tibi fundos et mancipia donauit partis-que alterius eorum usum fructum interueniente recepit stipulatione, ...ius utendi fruendique partis alterius... in diem uitae suae ex uoluntate sua retinet... a habuerit usque in ...us partis alterius adpro... et Paterno cons.

Vlp.  
lib. XVII  
ad sab.

**74** ...Vsu fructu pluribus liberis per uindicationem legato si ex his aliqui mortuus erit, pars eius fratribus ad crescit... quod si per damnationem legauerit,... ceteris quibus legauerit liberis mortui pars non ad crescit...

**75 1** [Quotiens usus fructus legatus est, est inter fructu]arios ius ad crescendi, sed [ita, si coniunctim sit usus fructus relictus] nec nisi in do lego legato. [ceterum si separatim unicuique partis rei usus fruct]us sit relictus, sine du[bio ius ad crescendi cessat. **2** denique apud Iulianum] lib. XXXV digestorum quaeritur, si com[muni seruo usus fructus sit relictus et utrique] ex dominis adquisitus sit, an al[tero repudiante uel amittente usum fructum alter totum] habeat. et Iulianus quidem [putat ad alterum pertinere et licet dominis] usus fructus non aequis partibus, [sed pro dominicis adquiratur, tamen persona ipsius, non do]minorum inspecta ad [alterum ex dominis pertinere non proprietati acce]dere.

75,1, 2, 3 = Dig. 7, 2, 1 pr.

peter al fructuario el fruto del trabajo gladiatorio de aquél, inclusive los premios; pero que no puede ser obligado a luchar... lo mismo dice también Sabino, aunque piensa que, legado el usufructo de una nave, puede ser enviada a navegar, no obstante que amenace peligro de naufragio;... y esto no es contrario a lo dicho anteriormente, pues las naves se preparan para esto: para que naveguen; pero podemos usar al esclavo de otro modo.

**73...** Si alguien te donó fundos y esclavos y, al intervenir la estipulación, recibió el usufructo de una parte de ellos,... el derecho de usar y disfrutar de la otra parte... retiene por su voluntad hasta un día de su vida... tuviera hasta... de la otra parte... siendo cónsules... y Paterno.

**74...** Legado por vindicación el usufructo a muchos hijos, si alguno de éstos muriera, su parte acrece a la de los hermanos... Y si legara por damnación...<sup>45</sup> la parte del muerto no acrece a la de los demás hijos, a los cuales legara.

**75 1** Cuantas veces se ha legado un usufructo, entre los fructuarios existe el derecho de acrecer;<sup>46</sup> pero así, si el usufructo se dejara en conjunto, y no de otro modo que en un legado “doy, lego”. Por lo demás, si el usufructo de una parte de la cosa se dejara a cada uno por separado, sin duda cesa el derecho de acrecer. **2** Finalmente, en Juliano en el libro XXXV de los digestos se pregunta: si a un esclavo común se dejara un usufructo y éste fuera adquirido por ambos dueños, si uno repudia o pierde el usufructo ¿el otro lo tiene todo? Y ciertamente Juliano piensa que pertenece a éste último, y aunque el usufructo sea adquirido por los dueños en partes no iguales, sino de acuerdo con su cuota de propiedad, sin embargo que, examinada la persona de él mismo, no la de los dueños, pertenece a uno de los dueños, no accede a la propiedad.

<sup>45</sup> Es decir, por medio de un *legatum per damnationem*.

<sup>46</sup> Por medio del *ius accrescendi*, los herederos o legatarios podían aumentar su parte con la de otros que no la habían aceptado o no habían podido aceptarla.

**3** Idem ait et si communi seruo et separatim Titio usus fructus legatus sit, amissam partem usus fructus non ad Titium, sed ad solum socium pertinere debere quasi solum coniunctum. quam sententiam neque Marcellus neque Mauricianus probant; Papinianus quoque libro XVII quaestionum ab ea recedit. quae sententia Nerati fuerit, est libro I responsorum relatum. sed puto esse ueram Iuliani sententiam; nam quamdiu uel unus utitur, potest dici usum fructum in suo esse statu. **4** Pomponius ait libro VII ex Plautio, relata Iuliani sententia, quosdam esse in diuersam opinionem; nec enim magis socio debere ad crescere, quam deberet ei, qui fundi habens usum fructum partem usus fructus proprietario cessit uel non utendo amisit. **5** ego autem Iuliani sententiam non ratione ad crescendi probandam puto, sed eo, quod quamdiu seruus est, cuius persona in legato spectatur, non debet perire portio. urgetur tamen Iuliani sententia argumentis Pomponi; quamquam Sabinus responderit, ut et *Celsus* libro XVIII digestorum refert, eum, qui partem usus fructus in iure cessit, et amittere partem et ipso momento recipere. quam sententiam ipse ut stolidam reprehendit; etenim esse incogitabile eandem esse causam cuique et amittendi et recipiendi.

**76** Iulianus scribit, si seruo communi et Titio usus fructus legatur et unus ex dominis amiserit usum fructum, non ad crescere Titio, sed soli socio, quemadmodum fieret, si duobus coniunctim et alteri separatim esset relictus. sed qui diuersam sententiam probant, quid dicerent? utrum extraneo soli an etiam socio ad crescere? et qui Iulianum consuluit, ita consuluit, an ad utrum pertineat, quasi possit et ipsi socio ad crescere. atquin quod quis amittit, secundum Pomponi sententiam ipsi non accedit.

**75 3** El mismo también dice que, si se legara un usufructo a un esclavo común y por separado a Ticio, la parte perdida del usufructo no debe pertenecer a Ticio, sino al socio solo, como un conjunto único. Ni Marcelo ni Mauriciano aprueban esa sentencia; Papiniano también en el libro XVII de las Cuestiones se aleja de ésta. La que fuera sentencia de Neracio, se refirió en el libro I *de las respuestas*. Pero pienso que es verdadera la sentencia de Juliano; pues puede decirse que el usufructo está en su estado, incluso mientras uno lo usa. **4** Pomponio, en el libro VII sobre Plaucio, dice que, referida la sentencia de Juliano, algunos son de diversa opinión;... pues ni debe acrecer al socio más de lo que debería acrecer a quien teniendo el usufructo de un fundo cedió una parte del usufructo al propietario o no usándolo lo perdió. **5** Pero yo pienso que la sentencia de Juliano no debe aprobarse por la razón de acrecer, sino por esto: porque mientras que el esclavo exista, cuya persona se considera en el legado, no debe desaparecer su porción. Sin embargo, la sentencia de Juliano es acorralada por los argumentos de Pomponio; aunque Sabino respondiera, como también Celso refiere en el libro XVIII de los digestos, que ese que cedió ante el pretor una parte del usufructo, tanto pierde su parte como la recupera en el mismo momento. Él mismo reprende como torpe aquella sentencia, pues es inconcebible que cada uno tenga la misma causa tanto de perder como de recuperar.

**76 1** Juliano escribe que, si se legara un usufructo a un esclavo común y a Ticio, y uno de los dueños perdiera el usufructo, no acrece a Ticio, sino al socio solo, como sucedería si se dejara a dos en conjunto y a otro por separado. Pero quienes aprueban la sentencia diversa, ¿qué dirían?, ¿acaso que acrece a un extraño solo o también al socio? Y quien consultó a Juliano, así consultó: ¿pertenece a uno de los dos, como si pudiera también acrecer al socio mismo? Pero lo que alguien pierde, según la sentencia de Pomponio, no accede a él mismo.

**77** Interdum tamen etsi non sint coniuncti, tamen usus fructus legatus alteri adcrecit, ut puta si mihi fundi usus fructus separatim totius et tibi similiter fuerit usus fructus relictus; nam ut Celsus libro XVIII digestorum et Iulianus libro XXXV scribunt, concursu partes habemus. quod et in proprietate contingeret; nam altero repudiante alter totum fundum haberet. sed in usu fructu hoc plus est (contra quam Atilicium respondisse Aufidius Chius refert), quod et constitutus nihilo minus amissus ius adcrecendi *admittit*. omnes enim auctores apud Plautium de hoc consenserunt: *et, ut* Celsus et Iulianus eleganter aiunt, usus fructus cotidie constituitur et legatur, non, ut proprietas, eo solo tempore quo uindicatur. cum primum itaque non inueniet alter *eum*, qui sibi concurrat, solus utetur *in* totum. Vindius tamen dum consulit Iulianum, in ea opinione est, ut putet non alias ius adcrecendi esse quam in coniunctis; qui responso ait: nihil refert coniunctim an separatim relinquatur.

**78** Iulianus libro XXXV scribit, si duobus heredibus institutis deducto usu fructu proprietas legetur, ius adcrecendi heredes non habere, nam uideri usum fructum constitutum non per concursum diuisum.

**79** Neratius putat cessare ius adcrecendi libro I responsorum. cuius sententiae congruit ratio Celsi dicentis totiens ius adcrecendi esse, quotiens in duobus, qui solidum habuerunt, concursu diuisus est.

**80** Vnde Celsus libro XVIII: si duo fundi domini deducto usu fructu proprietatem mancipauerint, uter eorum amiserit, usum fructum ad proprietatem redire, sed non ad totam, sed cuiusque usum fructum ei parti accedere, quam ipse mancipauit; ad eam enim partem redire debet, a qua initio diuisus est. plane, inquit, si partem usus fructus habeas et ego totam proprietatem cum partis usu fructu, non posse me *eam* partem tibi mancipare, quae est sine usu fructu, quoniam nullam partem habeo, in qua non est tibi usus fructus.

77 = *Dig.* 7, 2, 1, 3.

78 = *Dig.* 7, 2, 1, 4.

79 = *Dig.* 7, 2, 3 pr.

80 = *Dig.* 7, 2, 3, 1.

**77** Algunas veces aunque no estén en conjunto, sin embargo el usufructo legado acrece al otro; como por ejemplo, si el usufructo de todo el fundo se me dejara a mí por separado y del mismo modo se te dejara el usufructo a ti; pues como escriben Celso en el libro XVIII de los digestos y Juliano en el libro XXXV, tenemos partes en concurso. Lo cual también sucede en la propiedad; pues, repudiando uno, el otro tendría todo el fundo. Pero en el usufructo hay más (contra lo cual Atilicino respondió, según refiere Aufidio Quío): porque también constituido, aunque perdido, admite el derecho de acrecer. Pues todos los autores, de acuerdo con Plaucio, consintieron acerca de esto: y, como Celso y Juliano elegantemente dicen, el usufructo se constituye y se lega cotidianamente, no como la propiedad, que sólo en ese tiempo en que se vindica. Así, cuando uno de los dos no encuentre al otro cusufructuario, él solo usará de todo. Sin embargo, mientras Vindio consulta a Juliano, es de esta opinión: se piensa que el derecho de acrecer no existe de otro modo que en conjuntos; Juliano dice en la respuesta: nada importa si se deja en conjunto o por separado.

**78** Juliano en el libro XXXV escribe que si se lega la propiedad, deducido el usufructo, a dos herederos instituidos, los herederos no tienen el derecho de acrecer, pues parece que el usufructo constituido no se dividió por concurso.

**79** Neracio, en el libro I de las respuestas, piensa que el derecho de acrecer cesa, con cuya sentencia concuerda la razón de Celso, cuando dice que el derecho de acrecer existe tantas veces cuantas se dividió por concurso entre dos que lo tuvieron completo.

**80** De donde Celso en el libro XVIII: si dos dueños de un fundo enajenaran la propiedad, deducido el usufructo, y uno de ellos lo perdiera, el usufructo vuelve a la propiedad, pero no a toda, sino que el usufructo de cada uno accede a esa parte que él mismo enajenó, pues debe volver a esa parte por la que en un inicio se dividió. Si tuvieras una parte del usufructo y yo toda la propiedad con el usufructo de una parte, dice claramente que yo no puedo enajenarte esa parte que está sin usufructo, porque no tengo ninguna parte en la que no tengas usufructo.

Vlp.  
lib. VII  
ad sab.

**81** *Papinianus* quoque libro XVIII quaestionum sententiam Nerati probat, quae non est sine ratione.

**82** Poterit quaeri, si duobus seruis heredibus institutis deducto usu fructu proprietatis sit legata, an altero defuncto usus fructus proprietati ad crescat; nam illud constat, ut et Iulianus libro XXXV scribit et Pomponius libro VII ex Plautio non reprobatur, si duobus seruis meis usus fructus legetur et alter decesserit, cum per utrumque quaesisset usum fructum, ius ad crescendi me habere, cum, si alterius nomine repudiasset, alterius quaesisset, haberem quidem usum fructum totum iure ad crescendi, sed ex solius persona amitterem. in proposito autem, si quidem pure fundus, non *sub conditione legatus sit, constituitur usus fructus ex persona serui*; et ita Iulianus quoque libro XXXV digesterum scribit, quamvis Scaeuola apud Marcellum dubitans notet. at si sub conditione sit legatus, potius ex persona domini constitui usum fructum Marcellus libro XIII digesterum scribit. ubi Scaeuola notat: 'quid si pure?' sed dubitare non debuit, cum et Iulianus scribat ex persona serui constitui. secundum quae ius ad crescendi locum haberet in duobus seruis, si quis contrariam sententiam probaret. sed nunc, secundum Iuliani sententiam et Nerati, cessat quaestio.



**81** Papiniano también en el libro XVIII de las cuestiones aprueba la sentencia de Neracio, la cual no está sin razón.

**82** Si se legara la propiedad, deducido el usufructo, en favor de dos esclavos instituidos herederos, podrá preguntarse si, muerto uno de los dos, el usufructo acrece a la propiedad; pues consta esto: que tanto Juliano en el libro XXXV escribe, como Pomponio en el libro VII, sobre Plaucio, no reprueba, si el usufructo se legara a dos esclavos míos y uno muriera, puesto que yo hubiera adquirido el usufructo por medio de ambos, tengo el derecho de acrecer, ya que, si yo lo hubiera repudiado en nombre de uno y lo hubiera adquirido en el del otro, ciertamente tendría todo el usufructo por el derecho de acrecer, pero lo perdería por la persona de uno solo. Pero en lo propuesto, si en verdad un fundo se legara puramente, no bajo condición, el usufructo se constituye por la persona del esclavo; y así también Juliano lo escribe en el libro XXXV de los digestos, aunque Escévola, en las obras de Marcelo, dudando lo anota. Pero si se legara bajo condición, Marcelo escribe en el libro XIII de los digestos que el usufructo se constituye más bien por la persona del dueño. Donde Escévola anota: ¿qué si puramente? Pero no debió dudar, porque también Juliano escribe que se constituye por la persona del esclavo. Según estas cosas, el derecho de acrecer tendría lugar en los dos esclavos, si alguien aprobara la sentencia contraria. Pero ahora, según la sentencia de Juliano y de Neracio, cesa la cuestión.

**83** Non solum autem si duobus do lego usus fructus legetur, erit ius adcrendi, uerum *et* si alteri usus fructus, alteri proprietatis; nam amittente usum fructum altero, cui erat legatus, magis iure adcrendi ad alterum pertinet quam reuertitur ad proprietatem. nec nouum; nam et si duobus usus fructus legetur et apud alterum sit consolidatus, ius adcrendi non perit nec ei, apud quem consolidatus est, neque ab eo, et ipse, quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem et nunc ipso quidem iure non amittet, sed praetor secutus exemplum iuris ciuiliis utilem actionem dabit fructuario; et ita Neratio et Aristoni uidetur et Pomponius probat. quamquam Iulianus libro XXXV digestorum scribat ipsi quidem ius adcrendi *competere, non uero fructuario* ab eo.

*(desunt paginae aut duae aut quattuor)*

**84** difficile est dicere. quamquam non sit longe, quod Marcellus libro XIII digestorum scribit, si duobus pure Stichus legetur et alter manumittat, alter post manumissionem repudiet, ubi non fit caducum, libertatem locum habere. idemque et si heres deliberante legatario manumittat, mox legatarius repudiauerit, nam et hoc casu liberum fore ait.

83 Cfr. Dig. 7, 2, 3, 2.

84 Dig. 40, 1, 2 y 29, 1, 31.

**83** Pero no sólo existirá el derecho de acrecer si el usufructo se lega a dos mediante “doy, lego”, sino también si se lega a uno el usufructo, al otro la propiedad; pues perdiendo el usufructo aquel a quien se había legado, por el derecho de acrecer pertenece al otro, más que regresa a la propiedad. Y no es nuevo; pues también si el usufructo se hubiera legado a dos y se consolidara en uno, el derecho de acrecer no perece ni para este, en quien se consolidó, ni por causa de éste, y él mismo también ahora ciertamente por el derecho mismo no lo perderá en los mismos modos en que lo perdiera antes de la consolidación, pero el pretor, habiendo seguido el ejemplo del derecho civil, dará al fructuario una acción útil; y así parece a Neracio y a Aristón y Pomponio lo aprueba. Aunque Juliano escribe en el libro XXXV de los digestos que ciertamente el derecho de acrecer compete a aquél mismo, pero no al fructuario por causa de ése.

*(faltan dos o cuatro páginas)*

**84** es difícil decir. Aunque no esté lejos lo que Marcelo escribe en el libro XIII de los digestos: que la libertad tiene lugar si Estico fuera legado puramente a dos, y uno lo manumitiera, el otro lo repudiara el legado después de la manumisión, siempre que no sea un bien caduco.<sup>47</sup> Y lo mismo también, si el heredero, deliberando el legatario, lo manumitiera, luego el legatario repudiara el legado, pues dice que también en este caso será libre.

<sup>47</sup> El bien caduco es un bien que el heredero o legatario no puede adquirir por no estar bajo las leyes caducarias, es decir, ser soltero o sin descendencia. Este bien lo adquiriría otra persona.

**85** Si tamen per damnationem usus fructus legetur, ius adcrendi cessat non inmerito, quoniam damnatio partes facit. Proinde si rei alienae usus fructus legetur et ex Neroniano confirmetur legatum, sine dubio dicendum est ius adcrendi cessare, si modo post constitutum usum fructum fuerit amissus. quod si ante et socius amittat, erit danda totius petitio. idemque et si sinendi modo fuerit legatus usus fructus. an tamen in Neroniano, quoniam exemplum uindicationis sequimur, debeat dici utilem actionem amisso usu fructu ab altero alteri dandam, quaeri potest; et puto secundum Neratium *admittendum*. in fideicommisso autem id sequimur quod in damnatione.

**86** Nouissime quod ait Sabinus, si uxori cum liberis usus fructus legetur, amissis liberis eam habere, quale sit uidendum. et si quidem do lego legetur, tametsi quis filios legatarios acceperit, sine dubio locum habebit propter ius adcrendi; sed si legatarii non fuerint, multo magis, quoniam partem ei non fecerunt, tametsi cum ea uterentur. Matre autem mortua, si quidem legatarii fuerint, soli habebunt iure adcrendi; si heredes, non iure adcrendi, sed iure domini, si fundus eorum est, ipsis adcrendi, sin minus, domino proprietatis; sed si nec heredes fuerint nec legatarii, nihil habebunt. quod si per damnationem fuerit usus fructus legatus matri, si quidem legatarii sunt filii, partes *sumunt*: si non sunt, sola mater legataria est *nec* mortalitas liberorum partem ei facit.

86 = *Dig.* 7, 2, 8.

**85** Sin embargo, si se legara un usufructo por damnación, el derecho de acrecer cesa no inmerecidamente, puesto que la damnación hace las partes. Por consiguiente, si se legara el usufructo de una cosa ajena y por el Neroniano<sup>48</sup> se convalida el legado, sin duda se debe decir que el derecho de acrecer cesa, si solamente se perdiera el usufructo después de constituido. Pero si el socio lo perdiera antes, se deberá dar la reclamación de todo. Y lo mismo también si el usufructo se legara a modo de permiso.<sup>49</sup> Sin embargo, puede preguntarse si en el Neroniano, ya que seguimos el ejemplo de la vindicación, debe decirse que, perdido el usufructo para uno, debe dar acción útil al otro; y pienso que, según Neracio, debe admitirse. Pero en un fideicomiso seguimos lo que en la damnación.

**86** Hay que ver de qué calidad es lo que últimamente dice Sabino: si se legara un usufructo a una esposa con hijos, perdidos los hijos, que ella lo tenga. Y si ciertamente se lega por “*doy lego*”, aunque alguien aceptara a los hijos como legatarios, sin duda tendrá lugar por el derecho de acrecer; pero mucho más si no fueran legatarios, puesto que no hicieron parte para ella, aunque lo usaran con ella. Pero, muerta la madre, si ciertamente fueran legatarios, sólo lo tendrán por el derecho de acrecer; si fueran herederos, no por el derecho de acrecer, sino por el derecho de dominio; si el fundo es de ellos, acrece para ellos mismos, pero si no, para el dueño de la propiedad; pero si no fueran herederos ni legatarios, nada tendrán. Y si por damnación se legara el usufructo a la madre, si ciertamente hay hijos legatarios, toman las partes: si no hay, la madre sola es legataria y la mortalidad de los hijos no hace parte para ella.

48 Se refiere al *senatus consultum Neronianum de legatis*, dictado entre 54 y 68 d. C., por el cual Nerón dispuso que si un testador ordenaba un legado, empleando una forma inapta para su efectividad, debía ser respetado como si hubiera sido ordenado válidamente como *legatum per damnationem*.

49 Mediante este legado *sinendi modo*, el testador ordenaba al heredero que permitiera tomar al legatario un objeto determinado que le había sido dejado. Confería al legatario un derecho de crédito como el *legatum per damnationem*.

**87** Sabinus certe uerbis istis non ostendit, utrum legatarii fuerint necne. sed Iulianus libro XXXV digestorum relata Sabini scriptura ait intellegendum eum, qui solos liberos heredes scribit, non ut legatariorum fecisse mentionem, sed ut ostenderet magis matrem ita se uelle frui, ut liberos secum habeat. alioquin, inquit, in damnatione ratio non permittebat ius adcrendi. proposuit autem Iulianus uel do lego legatum usum fructum uel per damnationem et sic sensit, *quamuis* legatarii sint et heredes soli, in do lego legato non esse ius adcrendi; atque, si alteri ab altero legetur (quoniam a semet ipsis inutiliter legatum est), sibi non concurrunt, matri uero non in totum concurrunt, sed alter pro alterius portione et in eo dumtaxat ius adcrendi erit; mater tamen aduersus utrumque ius adcrendi habet.

**88** Iulianus subicit Sextum quoque Pomponium *referre*, si per damnationem usus fructus *cum* liberis uxori legetur, singulare hoc esse atque ideo fili personam matri *accedere, ne sine liberis ad usum fructum mater accederet*, nec esse legatarios, sed matre mortua liberos quasi heredes usum fructum habituros. ego, inquit Pomponius, quaero, quid si mixti fuerint liberis extranei heredes? et ait filios pro legatariis habendos et mortui partem interituram, Aristonem autem adnotare haec uera esse; et sunt uera.

87 = *Dig.* 7, 2, 8.

88 = *Dig.* 7, 2, 8.

**155** Item. Igitur obseruandum deinceps erit, ut qui tutor datus sit, si quas habere se causas excusationis arbitrabitur, adeat ex more. *nec in infinitum captiosi silentii tempus, per quod res interfrigescat, concessum sibi credant: hi qui Romae uel intra centesimum fuerint, sciant in proximis diebus quinquaginta se excusationis causas allegare debere aut capessere administrationem; ac nisi id fecerint, in ea causa fore, in qua sunt, de quibus consules amplissimi decreuerunt periculo suo eos cessare.*

**156** Item. Formam autem ex hac constitutione datam hodie in usu ita celebrari animaduertimus, ut ex eo die incipiant quinquaginta dies enumerari, ex quo scierat se esse tutorem uel curatorem, scilicet ex eo, ex quo in notitiam eius decretum perlatum sit testato, uel, si testamento datus sit, ex quo id quoquo modo scierit. itaque ubi sciit, ne praescriptione quinquaginta dierum excludatur, si sint sessiones uel pro tribunali uel de plano, aduersario, id est ei, qui eum petit, denunciare debet et adire praetorem et titulum excusationis suae apud eum expromere; si feriae sint, libellos det contestatorios.

**157** Item. Tunc demum excusandum est, *qui* prius datus fuerat, si is quem nominauerit et potior necessitudine et idoneus re fideque uel absens *deprehendatur.*

**154** Igualmente. Si un tutor se inmiscuyó en la administración, pierde el beneficio de la excusa; pues hizo más de lo que había prometido; y esto rescribieron los divinos hermanos a Domicio Rufo, con estas palabras: “equivocadamente deseas ser liberado de la tutela que por propia voluntad admitiste”.

**155** Igualmente. Por lo tanto después deberá observarse que quien haya sido designado tutor, acuda según la costumbre, si juzga que él tiene algunas causas de excusa. Y no crean que se les concedió hasta el infinito, tiempo de capcioso silencio, durante el cual la cosa se enfriara; los que hayan estado en Roma o dentro del centésimo miliar, sepan que en los próximos cincuenta días ellos deben alegar las causas de la excusa o tomar la administración; y que si no lo hicieran, estarán en esa causa en la que están aquellos acerca de los cuales los amplísimos cónsules decretaron que ellos quedaban cesantes bajo su propio riesgo.

**156** Igualmente. Pero advertimos que la forma ahora en uso dada por esa constitución, se celebra de modo que empieza a contarse cincuenta días desde aquel día a partir del cual se había sabido que él era tutor o curador; es decir, aquel desde el cual el decreto se había hecho llegar a su conocimiento, habiéndose atestiguado, o desde el cual de algún modo lo había sabido, si hubiera sido designado por testamento. Y así cuando lo haya sabido, para que no sea excluido de la prescripción de los cincuenta días, si hay sesiones en el tribunal o fuera del tribunal, debe notificarlo a su adversario, es decir, a ese que lo demanda y debe acudir al pretor y exponer ante él el título de su excusa; si fueran días festivos, dé libelos contestatorios.

**157** Igualmente. Entonces únicamente ha de ser excusado ese que había sido designado primero, si ese al que había nombrado, incluso ausente, es reconocido como el mejor por su parentesco y como el idóneo por su confianza en el asunto.

**158** Item. Pars orationis imperatoris Seueri. Promiscua facultas potioris nominandi nisi intra certos fines cohibeatur, ipso tractu temporis pupillos fortunis suis priuabit. cui rei obuiam ibitur, patres conscripti, si censueritis, ut collegae patris uel pupilli in decuria uel corpore, item cognati uel affines utriusque necessitudinis, qui lege Iulia et Papia excepti sunt, potioem non nomenclant, ceteri cognati uel adfines amiciue atque municipes eos tantummodo nomenclant, quos *supra* complexus sum, uicinitatis autem iure nemo potior existimetur.

**159** *Imperatores nostri* Aelio Diodoto. Tutores secundum patris uoluntatem decreto praetoris clarissimi uiri, quod non iure testamento uel codicillis dati fuerant, confirmatos potiores nominare posse non arbitramur, nam iudicium patris, licet iure deficiat, seruandum est.

**160** Item. Libertus sicut excusare se a tutelis, ita *etiam* potioem nominare potest.

**161** Item. Ex ea die, ex qua quis potioem nominauit, deinceps omnibus sessionibus aduersus eum, quem nominauit, adire debet, usque dum causam finiat: ceterum si aliquam sessionem intermiserit is, qui potioem nominauit, praescriptione excluditur. plane illa sessio, quae de plano celebratur, ei non computabitur.

**162** Item. Si is qui potioem nominauit, litteras petierit ad magistratus, ut compellant eum uenire, quem potioem nominauit, *postquam* libellos dedit altera die litteras accipere debet ac magistratibus reddere per dinumerationem uicenum milium passuum.

**158** Igualmente. Parte del discurso del emperador Severo. La confusa facultad de nombrar al mejor, si no estuviera contenido dentro de límites ciertos, privará de sus fortunas a los pupilos con el curso mismo del tiempo. Se irá contra esta cosa, padres conscriptos, si dispusierais que los colegas del padre o del pupilo en la decuria o en el cuerpo... Igualmente los cognados o los afines y de los dos parentescos, que fueron exceptuados por la ley Julia y Papia, no nombren a uno mejor; los demás cognados o afines o amigos y los munícipes nombren solamente a esos que antes mencioné, pero por el derecho de vecindad nadie sea considerado el mejor.

**159** Nuestros emperadores a Elio Diodoto... No juzgamos que los tutores, confirmados según la voluntad del padre por decreto del pretor, hombre clarísimo, porque habían sido designados ilegalmente por testamento o por codicilos, puedan nombrar a otros mejores, pues ha de conservarse el juicio del padre, aunque se aparte del derecho.

**160** Igualmente. El liberto puede excusarse de las tutelas, así como también nombrar a uno mejor.

**161** Igualmente. Desde ese día, desde el cual alguien nombró a uno mejor, debe acudir luego a todas las sesiones<sup>74</sup> ante ese que nombró, hasta que ponga fin a la causa; por lo demás, si hubiera interrumpido alguna sesión ese que nombró a uno mejor, queda excluido de la prescripción. Aquella sesión que se celebra fuera del tribunal, no le será tomada en cuenta a él totalmente.

**162** Igualmente. Si ese que nombró a uno mejor, demandara ante los magistrados un escrito, para que obligaran a venir a ese que había nombrado como mejor, después que haya dado los libelos, al otro día debe recibir el escrito y devolverlo a los magistrados por la enumeración de veinte mil pasos.

74 Es decir, audiencias del pretor.

**163** Item. Illud curare debet, ut intra diem decimum quam litteras reddidit magistratibus, rescriptas deponat; et ubi eas acceperit, per dinumerationem simili modo reuerti debebit et si sessionem inuenerit pro tribunali, reddere praetori, ut subnotet sua manu quod uolet.

**164** Item. Si quis eos, quos potiores nominauit, non probauerit, si adhuc intra quinquagesimum diem est, alios potiores potest nominare.

**165** Item. Quamuis supra dixerimus eum qui potiozem nominauerit, si aliquam sessionem intermiserit pro tribunali, praescriptione submoueri, utique uerum est, si litterae non sunt imptatae; ceterum ex quo inptatae sunt in eum diem, quo reddi praetori rescriptae debent, etsi hoc medio spatio sessio fuerit, non oberit, si sessionibus non adierit; et ita in usu seruatur.

**166** Item. Libelli ita formandi. ‘Cum proxime decreto tutorem me dandum existimaueris illi, quod mihi in notitiam pertulit *ille* illa die, nomino potiozem, ut municipem supra scripti, illum, Veientanum, morantem eo loco, habentem in substantia plus minus tantum’. Si eques Romanus fuerit qui *potior* nominabitur, etiam hoc comprehendit debet. Deinde fine talem clausulam addat: ‘rogo, praetor, propter praescriptionis tempora libellos accipere digneris’.

**167** Si pro tribunali dabuntur, quinque, de plano quattuor dandi erunt et petendum, ut denuntietur ex auctoritate.

**167a** cum denuntiauerit et non uenerit, libellos det et litteras petat.



**163** Igualmente. Debe cuidar esto: que exija respuesta en el décimo día, desde que devolvió el escrito a los magistrados; y cuando lo haya recibido deberá regresarlo de modo semejante por enumeración, y devolverlo al pretor si encontrara una sesión en el tribunal, para que anote con su mano lo que quiera.

**164** Igualmente. Si alguien no aprobara a esos que nombró como mejores, si está aún dentro del quincuagésimo día, puede nombrar a otros mejores.

**165** Igualmente. Aunque arriba hayamos dicho que se remueve de la prescripción ese que haya nombrado a uno mejor, si interrumpiera alguna sesión en el tribunal, ciertamente es verdadero, si el escrito no se obtuvo; por lo demás, desde el día en que fue obtenido hasta ese en que la respuesta debe devolverse al pretor, aunque hubiera una sesión en este espacio intermedio, no perjudicará si no hubiera acudido a las sesiones; y así se conserva en uso.

**166** Igualmente. Los libelos deben formarse así: “puesto que tú consideraste recientemente por decreto que yo debía ser designado tutor de aquel, lo cual él me informó aquel día, nombro como mejor, como munícipe del escrito arriba, a aquel de Veyes, que vive en ese lugar, que tiene en sustancia más o menos tanto”. Si un caballero romano será el que se nombre como mejor, también debe comprenderse esto. Luego se añade al final tal cláusula: “te ruego, pretor, te dignes aceptar los libelos por los tiempos de la prescripción”.

**167** Si se designan en el tribunal, habrán de designarse cinco; fuera del tribunal, cuatro y ha de pedirse que sea notificado por la autoridad.

**167a** Cuando se le haya notificado y no haya venido, dé los libelos y pida el escrito.

**168** Item. ...quidam tamen iustos secundum has *leges* putant dici. diui quoque Marcus et Lucius Apronio Saturnino ita scripserunt: ‘Si instrumentis probas habere te iustos tres liberos, excusationem tuam Manilius Carbo praetor uir clarissimus accipiet. sed iustorum mentio ita accipienda est, ut secundum ius ciuile quaesiti sint’.

**169** Item. *In* adoptionem dati ad hanc causam proderunt.

**170** Item. Ius liberorum a principe impetratum nec ad hanc causam nec ad *munera prodest*.

(*desunt paginae duae*)

**171** ...tionem poterit s... non enim testamentarius...

**172** Paulus libro II sententiarum. Pro t... ut est Latinus Iunianus..., item *qui codicillis ad testamentum non pertinentibus tutor datus est*.

**173** Ulpianus de officio praetoris *tutelar*is... *Habentem in Italia domicilium consentaneum est a prouinciali administratione liberari; iis itaque muneribus subicietur tantummodo, quae pertinent ad res Italicas pupilli... recuperabit*.

**173a** Item. *Si ei, quem pater testamento tutorem nominauit, sacerdotium contigit, quo aduersus tutelam priuilegium continetur, tamen ita demum excusabitur, si ante apertum testamentum sacerdos factus est*.

**174** Item. *Haec de sacerdotio dicta pertinent ad eum quoque, cui magistratus excusationem confert; itaque haec non liberat nisi a tutelis eo tempore delatis, quo quis consul uel praetor uel aedilis est*.

**175** Item. Collegas eos *accipimus... eandem artem exercent quam pater factitarit... quo pater pupillorum ex...*

172 Cfr. Paulus 2, 27, 6.

**168** Igualmente...<sup>75</sup> sin embargo, algunos piensan que se consideran los legítimos según estas leyes.<sup>76</sup> También los divinos Marco y Lucio escribieron así a Apronio Saturnino: “si pruebas con documentos que tienes tres hijos legítimos, el pretor Manilio Carbo, hombre clarísimo, aceptará tu excusa. Pero la mención de los legítimos ha de aceptarse así, suponiendo que se hubieran tenido según el derecho civil”.

**169** Igualmente. Los dados en adopción serán útiles para esta causa.

**170** Igualmente. El derecho de los hijos solicitado al príncipe no es útil ni para esta causa ni para los cargos públicos.

*(faltan dos páginas)*

**171**... podrá... pues el testamentario no..

**172** Paulo en el libro II *De las Sentencias*. Por... como es Latino Juniano..., igualmente el que fue designado tutor por codicilos no pertinentes al testamento.

**173** Ulpiano *Acerca del oficio del pretor tutelar*... Es conveniente que el que tiene domicilio en Italia sea liberado por la administración provincial; y así solamente estará sometido a esos cargos que pertenecen a las cosas itálicas del pupilo... recuperará.

**173a** Igualmente. Si a ese que el padre nombró tutor por testamento, tocó el sacerdocio... por el que está contenido un privilegio respecto a la tutela, sin embargo, únicamente así estará excusado, si fue hecho sacerdote antes de abierto el testamento.

**174** Igualmente. Estas cosas dichas acerca del sacerdocio pertenecen también a ese a quien el magistrado confiere la excusa; y así ésta no libera, a no ser de las tutelas otorgadas en el tiempo en que alguien es cónsul, pretor o edil.

**175** Igualmente. Sabemos que estos colegas... ejerzan el mismo arte que el padre practicó... por lo que el padre de los pupilos desde...

<sup>75</sup> Cfr. F.V. 194, Dig. 27, 1, 2, 3. Nota de Mommsen, Theodorus (ed.), *Fragmenta...* cit., p. 60.

<sup>76</sup> Es decir, las leyes Julia y Papia.

**176** Item. Sicut autem de... lium et ita imperator noster ...

**177** Item. Veterani a reliquorum tutelis omnibus excusantur, a ueteranorum autem filiorum tutelis ita, ut non plus unam suscipere cogantur. sed utrum simul non plus unam eiusmodi tutelam, suscipere debeant an sufficiat semel suscepisse unam, tractari potest. puto tamen gestam tutelam eis non profuturam et ita inueni rescriptum.

**177a** Item. Missi nisi honesta missione non excusantur et ita de ignominiose dimissis imperatores... riae Sabinæ rescripserunt... exauctoratum e... Ab urbicis plan[e tutelis excusabuntur, quia ingredi eis urbem non licet.] sed etsi non sint perfuncti stipendiis, tamen qui post annum uigesimum missi sunt, si missionem non ignominiosam acceperunt, excusantur.

**178** Item. Sed primipilares etsi a reliquis tutelis uniuersis excusantur, tamen ipsi filiis suis recte tutorem primipilarem dabunt. ...legare quoque. ipse quoque in locum...

**179** Item. Sacerdos ad tempus factus etsi excusatur dum sacerdotio fungitur, tamen postquam id deposuit, priuilegium amplius non habet et ita rescripto diui Pii declaratur...

**180** Item. ...qui sunt in primipilaribus... exemplo ueteranorum excusantur.

**181** ...ueterem suam emp... sestertia centum milia ...consummatam eam nan...

**182** ...ducit; nam minor uiginti quinque annis... a tutela excusantur ut... o daret minores xxv annis...

**183** Item. ...cui data est a principe negotiorum fiscalium administratio, quamdiu administrat, onera tutelarum suscipere non cogitur, ne publicæ rei utilitas priuatorum iniuriam adferat.

177 Cfr. Dig. 27, 1, 8, 10.

177a Cfr. Dig. 27, 1, 8, 9.

**176** Igualmente. Pero así como de... y así nuestro emperador...

**177** Igualmente. Los veteranos están excusados de todas las tutelas de los demás, pero de las tutelas de los hijos de los veteranos sólo están obligados a admitir no más de una. Pero puede tratarse si deben aceptar al mismo tiempo no más de una tutela de esa naturaleza, o si es suficiente el haber aceptado una a la vez. Sin embargo, pienso que la tutela ejercida no les será útil, y así encontré el rescripto.

**177a** Igualmente. Los licenciados, si no es con honesta misión, no están excusados y así los emperadores acerca de los enviados ignominiosamente... rescribieron a Sabina... autorizado... Totalmente estarán excusados de las tutelas urbanas, porque no les es lícito entrar a la urbe. Pero aunque no hayan cumplido con el servicio militar, sin embargo, están excusados quienes fueron licenciados después del año vigésimo, si no recibieron una licencia ignominiosa.

**178** Igualmente. Pero los primipilares, aunque están excusados de todas las demás tutelas, sin embargo, ellos mismos rectamente darán tutor primipilar a sus hijos... también legar. También, el mismo al lugar...

**179** Igualmente. El sacerdote ordenado a tiempo, aunque está excusado mientras ejerce el sacerdocio, sin embargo después que haya dejado éste, no tiene privilegio más amplio, y así se declara en el rescripto del divino Pío...

**180** Igualmente.... quienes estén entre los primipilares... están excusados por el ejemplo de los veteranos.

**181**... su antigua... cien mil sestercios... consumada esa...

**182**... conduce; pues el menor de veinticinco años... están excusados de la tutela para... diera a los menores de veinticinco años...

**183** Igualmente... a quien el príncipe dio la administración de los negocios fiscales, todo el tiempo que administra no está obligado a admitir las cargas de las tutelas, para que la utilidad de la República no ocasione la injuria de los privados.

**183a** *Item. In ualetudinem quoque qui inciderit, aut ad tempus aut in perpetuum a tutela excusabitur. hi quos ualetudo perpetua excusat... eas quoque tutelas, quas ante susceperant, deponunt.*

**184** *Item. In furorem qui inciderit, item excusabitur etiam ab ea quam antea susceperat tutela, neque tamen in totum, sed in locum furiosi ad tempus curator dabitur.*

**185** *Idem. Imp. ...rescripsit L. Titio adfirmanti imparem per rusticitatem se alienis negotiis gerendis esse, rusticitatem posse excusationem mereri. paupertas pla[ne dat excusationem].*

**186** *Item. [Tria onera tutelarum excusatione]m tribuunt. tria autem o[nera sic sunt accipienda, ut non numerus pup]illorum plures tutelas faciat, [sed patrimoniorum separatio. et ideo qui tribus] fratribus tutor datus est, qui indiuisum patrimonium habent, uel quibusdam tutor, quibusdam curator, unam tutelam suscepisse creditur.*

**187** *Item. Qui curam kalendarum Gaditanorum a principe iniunctam in equestri ordine susceptam administrabat...*

**188** *In tribus non inputabitur tutela uel cura, quae affectata est. affectatam sic accipiemus, si uel appetita uideatur uel cum posset quis se excusare, ab ea se non excusauit. creditur enim affectasse, qui onus cum posset declinare non recusauit, et id saepe decretum est in tutore, qui non potuit inuitus dari tutor, uel curatore, qui cuius fuerat tutor, curator est nominatus.*

**189** *Item. Si quis inter tres emancipati filii sui tutelam administret, an ei haec in numero cedat, scio dubitatum. inuenio tamen Fulvio Aemiliano in persona Manili Optiui rescriptum emancipatae filiae tutelam numerari ei inter onera oportere.*

183a 184 *Cfr. Dig.* 27, 1, 10, 8.

185 = *frag.* 240.

186 = *Dig.* 27, 1, 3.

189 *Cfr. Dig.* 27, 1, 15, 16.

**183a** Igualmente. También el que cae en mala salud estará excusado de tutela por un tiempo o para siempre. Estos a los que excusa una enfermedad perpetua... también dejan las tutelas que antes habían aceptado.

**184** Igualmente. Quien haya caído en locura, igualmente también estará excusado de la tutela que antes había admitido, y sin embargo no totalmente; pero a tiempo será designado un curador en lugar del loco.

**185** El mismo. El emperador... rescribió a Lucio Ticio, quien afirmaba que por rusticidad él era incapaz de administrar negocios ajenos, que la rusticidad podía merecer excusa. La pobreza da completamente la excusa.

**186** Igualmente. Tres cargas de tutelas conceden excusa. Pero se deben aceptar tres cargas, de modo que el número de pupilos no haga muchas tutelas, sino la separación de los patrimonios. Y por eso quien fue designado tutor de tres hermanos que tienen su patrimonio indiviso, o tutor de algunos, curador de otros, se cree que admitió una única tutela.

**187** Igualmente. Quien administraba la curatela del calendario de los gaditanos, encomendada por el príncipe, admitida en el orden ecuestre...

**188** La tutela o curatela que ha sido deseada no se contará en tres. Así aceptaremos a la deseada: si aun pareciendo buscada o pudiendo alguien excusarse no se excusó de esa. Se cree pues que la deseó, quien pudiendo declinar la carga no la rechazó, y ha menudo se ha decretado esto en el tutor, que contra su voluntad no pudo ser designado tutor, o en el curador, que fue nombrado curador de quien había sido tutor.

**189** Igualmente. Si alguien, entre tres tutelas, administrara la tutela de un hijo suyo emancipado, sé que se ha dudado si ésta le cede en número. Sin embargo, en la persona de Manilio Optivo encuentro un rescripto a Fulvio Emiliano: que es conveniente que la tutela de una hija emancipada se le enumere entre sus cargas.

**190** Item. Tria autem onera in domo esse sufficit. proinde si pater alicuius uel filius uel frater, qui est in eiusdem potestate, tria onera sustineat, quae ad periculum patris pertinent quoniam uoluntate eius administrant, omnibus excusatio a tutela competit.

**191** Item. Numerus quoque liberorum a tutela excusationem tribuit ciuibus quidem Romanis earum tutelarum, quae Romae sunt iniunctae, a trium, earum uero, quae in municipiis Italicis iniunguntur, a quattuor numero liberorum; idque imperator noster et diuus Seuerus Claudio Herodiano rescripserunt. Et ideo si quis a magistratibus municipalibus fuerit datus, quattuor numero liberorum debeat excusari.

**192** Item. *Sed* si in prouincia delata fuerit tutela, licet Romae excusatio allegetur, a quinque liberis debet recipi.

**193** Item. Exemplo ciuium Romanorum Latinos Iunianos excusari oportet.

**194** Item. Iusti autem an iniusti *sint* filii, non requiritur; multo minus in potestate necne sint, cum etiam iudicandi onere iniustos filios releuare Papinianus libro V quaestionum scribat.

190 = *Dig.* 27, 1, 5.

191 *Cfr. frag.* 247.



**190** Igualmente. Pero es suficiente que haya tres cargas en una casa. Por consiguiente, si el padre o el hijo o el hermano de alguien que está bajo la potestad del mismo, sostienen tres cargas que atañen al riesgo del padre, porque administran por su voluntad, la excusa de la tutela compete a todos.

**191** Igualmente. También el número de hijos concede, aun a los ciudadanos romanos, excusa de tutela, de las tutelas que se impusieron en Roma, a partir del número de tres hijos, pero de las que se imponen en los municipios itálicos, a partir de cuatro; y esto contestaron por rescripto nuestro emperador y el divino Severo a Claudio Herodiano... Y por eso, si alguien hubiera sido designado por magistrados municipales, deberá excusarse a partir del número de cuatro hijos.

**192** Igualmente. Pero si la tutela se hubiera presentado en la provincia, aunque la excusa se alegue en Roma, debe aceptarse a partir de cinco hijos.

**193** Igualmente. A ejemplo de los ciudadanos romanos, es conveniente que los latinos junianos<sup>77</sup> estén excusados.

**194** Igualmente. Pero no se pregunta si son hijos legítimos o ilegítimos; mucho menos si están o no bajo potestad, aunque también Papiniano, en el libro V de las *Cuestiones*, escribe que libera a los hijos ilegítimos de la carga de juzgar.

<sup>77</sup> Se denomina así a los libertos que han sido manumitidos en forma no solemne. Eran considerados libres por la ley *Iunia Norbana* del año 19 d. C., pero carecían de ciudadanía. No podían hacer testamento y, a su muerte, sus bienes pasaban al patrono por derecho del peculio, como si no se hubieran manumitido.

p. C. 168

**195** Item. Ex filia nepotes *non* prodesse ad tutelae liberationem sicuti nec ad caducorum uindicationem palam est, nisi mihi proponas ex ueterano praetoriano genero socerum auum effectum; tunc enim secundum orationem *đui* Marci, quam in castris praetoris recitauit Paulo iterum et Aproniano cons. VIII id Ian., id habebit auus, quod habet in nepotibus ex filio natis. cuius orationis uerba haec sunt: ‘et quo facilius ueterani nostri soceros repperiant, illos quoque nouo priuilegio sollicitabimus, ut auus nepotum ex ueterano praetoriano natorum iisdem commodis nomine eorum fruatur, quibus frueretur, si eos haberet ex filio’.

**196** Item. In adoptionem dedisse non nocet, nec adoptasse ad excusationem proderit, quoniam soli naturales tribuunt excusationem.

**197** Item. An bello amissi a tutela excusare debeant? Nam et in fascibus sumendis et in iudicandi munere pro superstitibus habentur, ut lege Iulia de maritandis ordinibus de fascibus sumendis et publicorum kapite XXVI, item priuatorum kapite uicensimo VII de iudicando cauetur. et puto constituendum, ut et a tutelis excusent; proinde siue tres bello amiserit siue unum duosue, pro superstitibus cedent.

**195** Igualmente. Es público que los nietos por parte de hija no son útiles para la liberación de tutela, así como tampoco para la vindicación de bienes caducos,<sup>78</sup> a no ser que me propongas que el suegro se hizo abuelo por parte de yerno pretoriano veterano; pues entonces, según el discurso del divino Marco que pronunció en el campamento del pretor, siendo cónsules Paulo, por segunda vez, y Aproniano, 8 días antes de los *idus* de enero,<sup>79</sup> el abuelo tendrá lo que tiene respecto de los nietos nacidos de hijo. Las palabras de ese discurso son éstas: “para que nuestros veteranos encuentren más fácilmente suegros, también a ellos los solicitaremos con el nuevo privilegio: que el abuelo de nietos nacidos de un pretoriano veterano disfrute, en su nombre, de las mismas conveniencias de las cuales disfrutaría si los tuviera por parte de hijo”.

**196** Igualmente. No perjudica el haber dado en adopción, ni el haber adoptado será útil para la excusa, porque sólo los hijos naturales conceden excusa.

**197** Igualmente. ¿Acaso los perdidos en la guerra deben estar excusados de tutela?, pues también se tienen como sobrevivientes al tomar las fasces y en el cargo de juzgar, como la ley Julia “acerca del matrimonio entre las clases sociales”,<sup>80</sup> cuida acerca del tomar las fasces y del juzgar en el capítulo XXVI de las cosas públicas, igualmente en el capítulo XXVII de las cosas privadas. Y pienso que debe establecerse que también estén excusados de tutelas; por consiguiente, si alguien perdiera en la guerra a tres, o a uno o a dos, pasarán por sobrevivientes.

78 Véase *F.V.* 84.

79 6 de enero.

80 La *lex Julia de maritandis ordinibus*, ley de Augusto del año 18 a.C., favorecía los matrimonios entre personas del mismo rango social y establecía incapacidades sucesorias a los solteros (*caelibes*) y a los casados sin hijos (*orbi*). D’Ors explica (§ 219 nota 12) que el nombre de esta ley se refiere a los distintos grupos de personas (*ordinibus*) afectados por los preceptos legales.

**198** Item. Sed utrum soli filii an et nepotes debent prodesse? subsistendum, quoniam lex quidem priuatorum kapite XXVII ‘*ex se natos*’ appellat, lex uero publicorum kapite XXVI liberorum facit mentionem. puto tamen eandem esse aequitatem in nepotibus, qui in locum filiorum succedunt, quae est in filiis.

**199** Item. Vtrum in acie dumtaxat amissus an tempore belli amissus *prosit*? Aristo in acie amissum dumtaxat; ego puto per tempus belli amissum debere prodesse, ne publica strages patri noceat.

**200** Item. Erit haec etiam excusatio, si quis se dicat tutelam alicuius administrasse et ad curam eius uocetur: nam inuitum non esse compellendum suscipere imperator noster cum patre Polo Terentiano rescripsit.

**201** item si quis uxori suae *curator* datur, nam sicuti senatus censuit, ne quis eam ducat, cuius tutor uel curator fuit, ita uxoris suae non debere curam administrare diuus Seuerus Flauio Seueriano rescripsit.

**202** Item. Proinde si cui fuerit pupilla a patre desponsa, non debet ei tutor dari, ne nuptiae inpediantur, et datus excusabitur; et si sponsae suae *curator* fuerit datus, debet excusari; nisi forte a patre tutor uel *curator* fuerit destinatus. aut enim ipse eam pater despondit et utrumque perficiet; aut post mortem patris desponsa est et magis est, ut uoluntati patris obtemperetur in onere quam ipsius in matrimonio: quare nuptiae inpediuntur.

**203** Item. Est et hoc genus excusationis, si quis se dicat domicilium non habere Romae delectus ad munus uel in ea prouincia, ubi domicilium non habet, idque et diuus Marcus Pertinaci et Aeliano consulibus rescripsit.

**198** Igualmente. ¿Pero acaso sólo los hijos deben ser útiles o también los nietos? Debe tomarse una posición, ya que aún la ley en el capítulo XXVII de las cosas privadas los llama “nacidos de sí mismos”, pero la ley en el capítulo XXVI de las cosas públicas hace mención de los hijos. Sin embargo, pienso que la equidad que hay en los hijos, es la misma en los nietos, quienes suceden en el lugar de los hijos.

**199** Igualmente. ¿Acaso es útil el perdido solamente en batalla o el perdido en tiempo de guerra? Aristón piensa que solamente el perdido en batalla; yo, que debe ser útil el perdido en tiempo de guerra, para que el estrago público no perjudique al padre.

**200** Igualmente. También habrá esta excusa, si alguien dijera que él había administrado la tutela de alguno y fuera llamado a su curatela, pues nuestro emperador, con su padre, rescribió a Polo Terenciano que contra su voluntad no debe ser obligado a admitirla.

**201** Igualmente. Si alguien, para su esposa, es dado como curador, pues así como el senado decretó que nadie se casara con aquella de la cual fue tutor o curador; así el divino Severo rescribió a Flavio Severiano, que no debe administrar la curatela de su esposa.

**202** Igualmente. Por consiguiente, si una pupila hubiera sido prometida en matrimonio por su padre a alguien, no deberá designársele a él como tutor, para que no impidan las nupcias, y el designado estará excusado; y si, hubiera sido designado curador de su prometida, deberá estar excusado; a no ser que casualmente hubiera sido destinado tutor o curador por el padre. Pues el padre mismo la prometió, y hará ambas cosas; o fue prometida después de la muerte del padre y que se obedezca la voluntad del padre en el cargo es más que a la de él mismo en el matrimonio; por lo cual las nupcias se impiden.

**203** Igualmente. También hay este género de excusa: si alguien elegido para un cargo dijera que no tiene domicilio en Roma o en esa provincia donde no tiene domicilio, y esto también rescribió el divino Marco a los cónsules Pertinax y Eliano.

**204** Item. Proinde qui studiorum causa Romae sunt praecipue ciuilium, debent *excusari, quamdiu iuris causa Romae agunt studii cura distracti*; et ita... *imperator Antoninus Augustus Cereali a censibus et aliis rescripsit.*

**205** Item. Proinde si quis ad urbicam dioecesim pertinens *testamento tutor dabitur*, excusare se debebit ab eo patrimonio, *quod in regionibus iuridicorum est, pariter a re prouinciali.* sed caueat, si legatum accepit, hoc facere; *licite enim urbana sola administrat, uerum quia non in plenum uoluntati paret, legati ei petitio denegabitur, idque diuus Marcus in eo, qui se a re prouinciali excusauit legato honoratus, Claudio Pulchro rescripsit.*

**206** Item. *An is se uoluit excusare nec optinuit, postea potiores nominare possit, scio quaesitum.* et magis est ut possit, si eum tempora patiantur; quos enim *habet, iis utetur diebus,* licet potior nominatus alterutrum debeat eligere, *utrum uelit negare se potio-rem an uero magis potio-rem nominare; et ita...* io praetori rescripsit.

**207** Item. *Etsi is qui tutor datus est et excusare se et non recepta excusatione potiores nominare potest, si tempora dierum patiantur, tamen si praetulerit potiores nominare, postea ad excusationem transire non potest; nam loco fatentis est nullam se excusationem habere, cum potiores nominat. nec magis ferendus est, si dicat se sine praeiudicio hoc facere, forte adeo simul et profiteatur excusationem et potiorum nominationem... suscipiat.*

**204** Igualmente. Por consiguiente, los que están en Roma por causa de estudios, principalmente civiles, deben estar excusados todo el tiempo que lleven en Roma por causa del derecho, ocupados en el cuidado del estudio; y así... el emperador Antonino Augusto rescribió a Cereal, por asuntos del censo y otros.

**205** Igualmente. Por consiguiente, si alguien perteneciente a la diócesis de la urbe de Roma es designado como tutor por testamento, deberá excusarse por ese patrimonio que tiene en las regiones jurisdiccionales, igualmente por sus asuntos provinciales. Pero si recibió un legado, que se cuide de hacer esto; sin duda, lícitamente administra sólo cosas urbanas, pero porque no obedece completamente a la voluntad, le será denegada la petición del legado, y esto rescribió el divino Marco a Claudio Pulcro, respecto de ese que, habiendo sido honrado por un legado, se excusó de la cosa provincial.

**206** Igualmente. Sé que se ha preguntado si ese que quiso excusarse y no lo obtuvo, podría después nombrar a otros mejores. Y hay más posibilidad que pueda, si se lo permitieran los tiempos, usará de esos días que sin duda tiene aunque nombrado como mejor deba elegir a otro, si acaso quiere negar que él es mejor o, sin embargo, nombrar a otro mucho mejor. Y así... rescribió al pretor.

**207** Igualmente. Aunque ese que fue designado como tutor puede excusarse y, no aceptada la excusa, nombrar a otros mejores, si lo permiten los plazos de los días; sin embargo, si hubiera preferido nombrar a otros mejores, después no puede pasar a la excusa, pues está en el lugar del que reconoce que no tiene ninguna excusa, cuando nombra a otros mejores. Y no debe tolerársele más; si dijera que él hace esto sin juicio previo, casualmente así, al mismo tiempo reconocería la excusa y admitiría la designación de otros mejores...

**208** *Item. Is qui potior nominatus est, si quidem neget se esse in ea coniunctione, amplius nominare magis potioem non potest; conuictus ne excusare se quidem poterit; idque est rescripto ad Claudium Herodianum de excusatione insertum.*

**209** *Item. Is qui potior nominatus est, ad omnia haec dies eos habebit, quos habent qui primo loco dati sunt, ut eodem rescripto declaratur.*

**210** *Item. Is qui potioem nominat libellos debet quaternos dare praetori de plano, quinos pro tribunali, ut epistula diui Marci ad Aemilianum continetur, et dicere, quo iure potioem nominet, id est gradum necessitudinis et ius cognationis aperte designare; et ideo non sufficit cognatum uel adfinem generaliter dicere, sed debebit gradum adicere uel nomen proprium cognationis adfinitatisue designare et ius cognationis exprimere; nec sufficit collegam dicere, nisi in quo collegio addiderit. et si forte in aliquo horum deliquerit, emendandi ei facultas intra tempus, quo potuit potioem nominare, conceditur, postea non, idque imperator noster... rescripsit.*

**211** *Item. Ne hi quidem possunt, quos praetor confirmauit testamento designatos, ut imperator noster Diodoto praetori rescripsit. proinde si a matre fuerint designati, an ii potiores nominare possint, quaeri potest; et puto eos nominare posse, nam de iis tantum rescriptum est, qui a patre erant designati. sed hoc erit seruandum in filio solo, non in alio uirilil sexus per uirilem sexum descendente, licet liberti sint tutelae uel curae destinati; nam et Papinianus respondit libertum a patrono nepoti ex filio destinatum tutorem posse potioem nominare.*

**212** *Item. Nominare autem potiores non possunt inprimis collegae patris, ut diuus Seuerus constituit.*

208 Cfr. frag. 247.



**208** Igualmente. Ese que fue nombrado como mejor, aun si niega que él está en esa unión, no puede nombrar más ampliamente a otro mucho mejor; ni aun el convicto podrá excusarse; y esto se puso en un rescripto a Claudio Herodiano, acerca de la excusa.

**209** Igualmente. Ese que fue nombrado como mejor, tendrá para todas estas cosas esos días que tienen quienes fueron designados en primer lugar, como se declara en el mismo rescripto.

**210** Igualmente. Ese que nombra a otro mejor, debe dar al pretor cuatro libelos fuera del tribunal, cinco en el tribunal, como se contiene en la carta del divino Marco a Emiliano, y decir por qué derecho nombra a otro mejor, esto es, designar abiertamente el grado de parentesco y el derecho de cognación; y por eso no es suficiente decir de manera general “cognado” o “afín”, sino deberá añadir el grado o designar el nombre propio de la cognación o afinidad y exponer el derecho de cognación; y no es suficiente decir “colega”, a no ser que añada en cuál colegio. Y si casualmente hubiera delinquido en alguno de éstos, se le concede la facultad de enmendar en el tiempo en que pudo nombrar a otro mejor, no después, y nuestro emperador rescribió esto...

**211** Igualmente. Ni siquiera pueden estos que, designados por testamento, el pretor confirmó, como nuestro emperador rescribió al pretor Diodoto. Por consiguiente, si fueran designados por la madre, puede preguntarse si éstos podrían nombrar otros mejores. Y pienso que éstos pueden nombrar, pues sólo se rescribió acerca de esos que habían sido designados por el padre. Pero esto habrá de observarse en el hijo único, no en otro de sexo masculino descendiente por sexo masculino, aunque se hayan destinado libertos a la tutela o curatela. Pues también Papiniano respondió que el liberto, destinado tutor por el patrón para el nieto por parte de hijo, puede nombrar a otro mejor.

**212** Igualmente. Pero los colegas del padre no pueden nombrar en primer lugar a otros mejores, como el divino Severo estableció.

**213** Item. Licet autem patris appellatio in oratione *sit, puto de auo quoque* accipiendam, quamquam circa primipilares hoc iure *utimur, ut filio primipilaris* dentur soli, non etiam nepoti.

**214** Item. Sed nec cognati uel adfines possunt nominare potiores; *prohibentur uero, ut oratione expressum est*, hi soli qui lege Iulia Papiuae excepti sunt.

**215** Proinde si quis cognatus alterutra lege exceptus licet *non proximus datus est, ut Diodoto praetori est rescriptum*, potio-rem nominare non poterit, *neque potest potio-rem* nominare adfinis qui alterutra lege exceptus est.

**216** Item. Excipiuntur autem lege quidem Iulia cognatorum *sex gradus et ex septimo* sobrino sobrinaue natus, sed et nata per interpretationem, *quiue in alicuius* horum potestate sunt quaeue in matrimonio, uel hi qui sunt *cognatarum nostrarum* hoc gradu nos contingentium mariti, uel *eorum, qui sunt in potestate* nostra, cognati contingentes eos ea cognatione, *quae supra scriptum gra-* dum non excedit.

**217** Item nuptarum nobis cognati *a nobis ad eundem* gradum uel nostri cognati ab uxoribus nostris *excipiuntur*.

**218** Item. Lege autem Papii adfines excipiuntur, qui *uir et uxor et gener et nurus* et socer et socrus umquam fuerunt.

**219** Item uitricus *nouerca priuignus* priuigna uel ipsorum uel eorum qui in eorum potestate *matrimonioe sunt quiue* fuerunt.

**213** Igualmente. Pero aunque el nombre del padre esté en el discurso, pienso que también se debe aceptar desde el abuelo, aunque con respecto a los primipilares usamos de este derecho, que sólo se den al hijo de un primipilar,<sup>81</sup> no así al nieto.

**214** Igualmente. Pero ni los cognados ni los afines pueden nombrar mejores, en verdad, como se expresó en el discurso, sólo se les prohíbe a quienes fueron exceptuados por la ley Julia o Papia.<sup>82</sup>

**215** Por consiguiente, si algún cognado, aunque no próximo, exceptuado por una u otra ley, es dado como tutor, como se rescribió al pretor Diodoto, no podrá nombrar a otro mejor, y no puede nombrar a otro mejor el pariente afín que fue exceptuado por una u otra ley.

**216** Igualmente. Pero se exceptúan por la ley Julia aun seis grados de cognados y el hijo por parte del séptimo primo o prima, pero también, por interpretación, la hija, o quienes están bajo la potestad de alguno de éstos, o las que están en matrimonio, o esos que son maridos de nuestras cognadas que tienen parentesco con nosotros en este grado, o los cognados de esos que, teniendo parentesco con ella por esa cognación, que no excede el grado escrito arriba, están bajo nuestra potestad.

**217** Igualmente, por nosotros, se exceptúan los cognados de nuestras casadas hasta el mismo grado; o por nuestras esposas, nuestros cognados.

**218** Igualmente. Pero por la ley Papia se exceptúan esos parientes afines que en algún tiempo fueron esposo y esposa y yerno y nuera y suegro y suegra.

**219** Igualmente padastro, madrastra, hijastro, hijastra ya de los mismos ya de esos que están o que estuvieron bajo la potestad de ellos o en matrimonio.

81 Véase *F. V.* 141.

82 La *lex Julia et Papia* es una ley matrimonial de Augusto, igual que la de *maritandis ordinibus*. Véase *F.V.* 197.

**220** Item. Memini itaque me suadente... Alciumum libertum maternum Furi Octauiani clarissimi uiri *praetorem in cura retinuisse*, cum tutelam eius administrasset necessariusque ad *res gerendas uideretur*; nam et liberti materni in pari sunt condicione. oratio enim *diui* Marci ita scripta est, ut patroni *patronaeue liberis* libertus tutor deligi possit, tametsi aliquo priuilegio subnixus sit.

**221** Item. Si alius eum Latinum fecerit, alius iterauerit, an utriusque liberorum tutelam suscipiat, uidendum, quasi utriusque meritum habeat; nisi forte exemplo munerum, *quibus* diuus Marcus rescripsit apud originem eius qui Latinum fecit debere eum fungi, solius eius liberorum tutelam suscepturum dicemus.

**222** Item. Officium quoque militare excusat, nam cum munus emeritum prodest, multo magis cum frequentatur prodesse debet. Sed si ad tempus rei publicae causa absit, non in perpetuum, sed ad tempus excusabitur. denique *consulto* ex facto diuo Hadriano quidam, cum legatus esset legionis *et* testamentum recitatum esset, quo tutor erat datus, non in perpetuum, sed ad tempus, quo legatus legionis erat, meruit excusationem. *excusatur* etiam is, qui commentarios habet praefecti, quamdiu hic commentarios habet praefecti, ut diuus Marcus cum filio rescripsit.

222 Cfr. *frag.* 145.

**220** Igualmente. Y así recuerdo que, aconsejándolo yo... el pretor había retenido en curatela a Alcimo, liberto materno de Furio Octaviano, hombre clarísimo, ya que había administrado su tutela y parecía necesario para llevar los asuntos; pues también los libertos maternos están en igual condición. Sin duda, el discurso del divino Marco se escribió de modo que el liberto pudiera ser elegido tutor para los hijos del patrono o de la patrona, aunque se apoye en algún privilegio.

**221** Igualmente. Si uno hiciera latino a ése, otro reiterara, se ha de ver si admite la tutela de los hijos de ambos, como si tuviera el mérito de ambos; a no ser que casualmente a ejemplo de los cargos, según los cuales el divino Marco rescribió que él debe cumplir de acuerdo con el origen de ese que lo hizo latino, diremos que deberá admitir la tutela de los hijos sólo de ése.

**222** Igualmente. El oficio militar también excusa, pues cuando un cargo cumplido es útil, debe ser mucho más útil cuando es frecuente.<sup>83</sup> Pero si se ausenta por un tiempo a causa de la República, estará excusado no para siempre sino por un tiempo. Finalmente, consultado el divino Adriano por el hecho, alguien mereció la excusa, habiendo sido legado de una legión y habiendo sido leído el testamento en el que se había dado como tutor, no para siempre sino por un tiempo, en el que había sido legado de la legión. También está excusado ese que tiene los registros del prefecto, mientras que éste tiene los registros del prefecto, como rescribió el divino Marco con su hijo.

<sup>83</sup> *Cfr. F. V. 145.*

**223** Item. Hi qui muniti sunt aliquo priuilegio, aliquando non admittuntur ad excusationem, uelut si minor sit annis xxv adfini datus tutor et aliquem usum rerum habeat hereditarium; quod ius uenit ex epistula diui Hadriani, quam scripsit Claudio Saturnino legato Belgicae. quae constitutio uidetur de his loqui, *qui* a praetore dati sunt; ego idem esse accipiendum, si testamento datus sit. In eandem sententiam et diuus Pius Platorio Nepoti scripsit.

**224** Papinianus libro XI quaestionum respondit uerbis orationis fratrum imperatorum libertum, etsi ob aliquod priuilegium a tutelis uacet, patroni tamen patronaeque liberorum tutor ut deligatur comprehensum. *in* numero liberorum pronepos patroni sine dubio continetur. sed potest dici non aliis patroni *patronaeue* liberis libertum hoc debere, quam qui iure patroni hoc sperare possunt, et ideo neque patronae nepotis tutelam administrare compellendum priuilegio subnixum neque pupilli, qui ex filia patroni uenit, quia uacatione praeter liberos patronorum, qui per uirilem sexum descendunt, liberti fruuntur.

**225** Item. Et hoc quidem de eo, cui beneficium datae libertatis exprobrari potest. alioqui nequaquam credendum est ei priuilegium ablatum, cui fideicommissa libertas soluta est; nam in toto fere iure manumissor eiusmodi nihil iuris ut patronus aduersus personam modo liberti consequitur, licet in bonis eius patroni ius exerceat, excepto quod in ius uocare patronum iniussu praetoris non debeat.

**226** Item. Ius anulorum ingenuitatis imaginem praestat saluo iure patronorum patronique liberorum.

223 Cfr. frag. 151.

224 = Dig. 26, 5, 14.

225 = Dig. 27, 1, 24.

**223** Igualmente. Esos que están protegidos por algún privilegio, algunas veces no son admitidos a la excusa, así como si un menor de 25 años fuera designado tutor de un pariente afín, y tuviera algún uso de las cosas hereditarias; este derecho viene de la carta del divino Adriano que escribió a Claudio Saturnino, legado en Bélgica. Esta constitución parece hablar de aquellos que fueron designados por el pretor; yo creo que se debe aceptar lo mismo, si fuera designado por testamento. De acuerdo con la misma opinión también el divino Pío escribió a Platorio Nepote.<sup>84</sup>

**224** Papiniano, en el libro XI *De las cuestiones*, respondió que en las palabras del discurso de los hermanos emperadores, el liberto, aunque por algún privilegio esté libre de tutelas, sin embargo, es considerado para que sea elegido tutor de los hijos del patrono y de la patrona. El bisnieto del patrono está contenido sin duda en el número de los hijos. Pero puede decirse que el liberto debe esto a los hijos del patrono o de la patrona, no a otros que no sean quienes por el derecho del patrono pueden esperar esto, y que por eso, el que esté apoyado por un privilegio no ha de obligarse a administrar la tutela del nieto de la patrona ni del pupilo, que viene de la hija del patrono, porque los libertos disfrutaban de la dispensa, excepto de la de los hijos de los patronos, que descienden por sexo masculino.

**225** Igualmente. Y ciertamente esto acerca de ese al que se le puede reprobar el beneficio de la libertad dada. Por otra parte no debe creerse en absoluto que se quita el privilegio al que se le otorgó la libertad por fideicomiso; pues en casi todo el derecho, el manumisor, como el patrono, no consigue nada de semejante derecho, solamente hacia la persona del liberto, aunque ejerza el derecho del patrono en los bienes de él, excepto que no debe citar a juicio al patrono sin orden del pretor.

**226** Igualmente. El derecho de los anillos presenta la imagen de la ingenuidad, salvado el derecho de los patronos y de los hijos del patrono.

<sup>84</sup> Cfr. F. V. 151.

**227** Paulus libro sexto quaestionum sub rubrica *de legitimis tutelis*. Apollinaris Paulo. Duo sunt Titi pater et filius; datus est tutor Titius nec apparet, de quo sensit testator: quaero quid sit iuris. Respondit: is datus est, quem dare se testator sensit: si id non adparet, non ius deficit, sed probatio, ergo neuter est tutor. hoc rescriptum est in Sticho manumisso, si duo sint Stichi et incertum, de quo testator senserit, uel si Erotem legauerit qui plures eodem nomine habuit seruos. quod in nummis legatis non ita placuit: si non adparet uoluntas, id acceptum est quod minus est.

Imper.  
Antonin.

**228** *Imp.* Antoninus Granio Firmino militi. Ex duobus tutoribus qui non specialiter in locum excusati dati sunt, sicut precibus tuis adlegas, si unus pro tutore res tuas administrauit, aduersus eum tantum tibi competere actionem ignorare non debes nec enim mutuo cessationis periculo qui nihil gessit teneri potest, cum simpliciter datus eius, qui administrationi se miscuit, contutor iure fuisse non uideatur.

**229** Paulus libro singulari de testamentis. Parentibus licet liberis suis in potestate *manentibus* testamento tutores dare, masculis quidem inpueribus, feminis uero etiam puberibus, et tam iam natis quam etiam postumis. itaque post institutionem *heredum* hoc modo scribere potest: ‘Lucio Titio filio meo et si mihi uiuo mortuoue nati *ali* erunt, tutores do Lucium Aurelium et Gaium Optatum, a quibus peto, ut tutelam liberorum meorum gerant ita, ut ea quae in Asia reliquero, Aurelius, ea autem quae in Italia, Optatus administret’.

**230** Possumus autem et singulis liberis alium atque alium tutorem dare, uelut hoc modo: ‘Titio filio meo Aurelium tutorem do; Seio filio meo tutorem Optatum do’. pluribus quoque liberis unus tutor, item uni plures dari possunt.

227 = *Dig.* 26, 2, 30.



**227** Paulo en el libro sexto *De las cuestiones* bajo la rúbrica *De las tutelas legítimas*. Apolinar a Paulo. Hay dos Ticios, padre e hijo; Ticio fue designado tutor y no aparece aquello acerca de lo cual pensó el testador. Pregunto cuál sea el derecho. Respondió: fue designado ese a quien el testador pensó que se diera; si eso no aparece, no falta el derecho sino la prueba; por lo tanto, ninguno de los dos es tutor. Esto se rescribió con respecto de Estico manumitido, si hubiera dos Esticos y fuera incierto acerca de cuál pensó el testador; o si lo legó a Eros, quien tuvo muchos esclavos con el mismo nombre. Esto no se dispuso así en el legado de las monedas: si no aparece la voluntad, se aceptó lo que es menos.

**228** El emperador Antonino al soldado Granio Firmino. De los dos tutores que fueron designados no especialmente en lugar del excusado, así como alegas en tus súplicas, si uno administró tus cosas como tutor, no debes ignorar que sólo contra ése te compete la acción; y el que nada gestionó, no puede pues, quedar obligado por el riesgo mutuo de la cesación, ya que el designado simplemente no parece haber sido, por derecho, cotutor de aquel que se mezcló en la administración.

**229** Paulo en el libro singular *De los testamentos*. A los padres está permitido designar por testamento tutores a sus hijos que permanecen bajo su potestad, ciertamente a los varones impúberes, pero también a las mujeres púberes, y tanto a los ya nacidos como también a los póstumos. Y así, después de la institución de los herederos puede escribir de este modo: “a mi hijo Lucio Ticio y si me nacieran otros estando yo vivo o muerto, doy como tutores a Lucio Aurelio y a Gayo Optato, a quienes pido que lleven la tutela de mis hijos así: que aquellas cosas que habré dejado en Asia, las administre Aurelio, pero las que en Italia, Optato”.

**230** Pero también podemos designar uno y otro tutor para cada uno de los hijos, por ejemplo de este modo: a mi hijo Ticio designo como tutor a Aurelio, a mi hijo Seyo designo como tutor a Optato. También puede designarse un tutor a muchos hijos, igualmente, muchos a uno solo.

**231** Paulus libro singulari de excusationibus. Ii qui tres pluresue tutelae uel curaciones uel permixto modo cuiuscumque separatas administrant, excusari a tutela curatione uel solent. quod si fratrum tutelam suscipiant, pro una tutela *reputantur* eadem bona.

**232** Ulpianus de officio praetoris tutelaris. Obseruari autem oportet, ne his pupillis tutorem det, qui patrimonium in his regionibus habent, quae sunt sub iuridicis, ut Claudio Pompeiano praetori imperator noster rescripsit; multo magis, si in prouincia sit patrimonium, licet is *cui* petitur in urbe consistat.

**233** Ulpianus de officio praetoris tutelaris. Sed qui in collegio pistorum sunt, a tutelae excusantur, si modo per semet ipsos pistrinum exercent; sed non alios puto excusandos, quam qui intra numerum constituti centenarium pistrinum secundum litteras diui Traiani ad Sulpicium Similem exercent; quae omnia litteris praefecti annonae significanda sunt.

**234** Ulpianus libro supra scripto. Sed Ostienses pistorum non excusantur, ut Philumeniano imperator noster cum patre rescripsit.

**235** Item. Urbicini pistorum a collegiarum quoque filiorum tutelae excusantur, quamuis neque decuriales neque qui in ceteris corporibus sunt excusentur. et ita Hadriano rescripto ad Claudium Iulianum praefectum annonae significatur, quam epistulam quodam rescripto ad Vernam et Montanum pistorum imperator noster cum patre interpretatus est et ad pistorum pertinere, cum in eo negotio frumentum agentibus daretur a collegiarum filiorum tutelae uacatio. plus etiam imperator noster induxit, ut a tutelae, quas susceperant ante quam pistorum essent, excusarentur; sed hoc ab ipso creatis pistoribus praestitit et ita Marco Diocae praefecto annonae rescripsit.

233 Cfr. *Dig.* 27, 1, 46 pr.

235 Cfr. *Dig.* 27, 1, 46, 1.

**231** Paulo en el libro singular *De las excusas*. Los que administran tres o más tutelas o curatelas o separadas de cada una en modo mixto, suelen estar excusados de tutela o de curatela. Y si admiten la tutela de hermanos, los mismos bienes se consideran como una sola tutela.

**232** Ulpiano acerca del oficio del pretor tutelar. Sin embargo, es conveniente observarse que no designe tutor a esos pupilos que tienen patrimonios en esas regiones que están bajo los magistrados jurisdiccionales, como rescribió nuestro emperador al pretor Claudio Pompeiano; mucho más, si el patrimonio estuviera en la provincia, aunque ese a quien se pide, esté en la urbe.

**233** Ulpiano *Acerca del oficio del pretor tutelar*. Pero quienes están en un colegio de panaderos, están excusados de tutelas, si tan sólo por sí mismos ejercieran la panadería; pero pienso que no deben estar excusados otros que esos que constituidos en número de cien ejerzan la panadería según carta del divino Trajano a Sulpicio Símile; todas estas cosas han de indicarse en la carta del prefecto de la anona.

**234** Ulpiano en el libro arriba escrito. Pero los panaderos de Ostia no están excusados, como nuestro emperador con su padre rescribió a Filumeniano.

**235** Igualmente. Los panaderos de la urbe también están excusados de las tutelas de los hijos de sus colegas, aunque no están excusados los decuriales ni los que están en los demás cuerpos. Y así lo indica Adriano en el rescripto a Claudio Juliano, prefecto de la anona, epístola que nuestro emperador, con su padre, en cierto rescripto a los panaderos Verna y Montano, interpretó que también alcanza a los panaderos, ya que se da la dispensa de las tutelas de los hijos de sus colegas a los que en ese negocio trabajan el trigo. Más aún, nuestro emperador permitió que estuvieran excusados de las tutelas que habían admitido antes que fueran panaderos; pero esto presentó a los panaderos creados por él mismo, y así rescribió a Marco Dioca, prefecto de la anona.

**236** Item. Sed et qui in foro suario negotiantur, si duabus partibus bonorum annonam iuvent, habent excusationem litteris allatis a praefecto urbis testimonialibus negotiationis, ut imperator noster et diuus Seuerus Manilio Cereali rescripserunt, quo rescripto declaratur ante eos non habuisse immunitatem, sed nunc eis dari eam quae data est is qui annonam populi Romani iuuant.

**237** Paulus libro singulari ad municipalem. Urbici autem pistores a collegarum quoque filiorum tutelis excusantur. sed et si qui in foro suario negotiantur, si a duabus partibus patrimonii annonam iuuent, a tutelis habent excusationem.

**238** Vlpianus de officio praetoris tutelaris libro singulari. proinde si mutus surdusue quis sit, sine dubio a tutela excusabitur. hi uero quos ualetudo uel furor uel morbus perpetuus excusat, etiam eas tutelas quas ante susceperant deponunt. alia causa aetatis est. luminibus etiam captum Porcatio Faustino rescripsit imperator noster cum patre.

**239** Item Furio Epaphrae, cum allegasset se unum oculum amisisse et in alio periclitari, rescripsit, an propter aduersam ualetudinem oculorum excusari deberet, praetorem aestimaturum. hi etiam a susceptis excusabuntur.

**240** Item. Paupertas plane dat excusationem, si quis imparem se oneri iniuncto possit docere, idque diuorum fratrum rescripto continetur.

**241** Item. Si quis autem in prouincia domicilium habet, debet excusari, sed et si quis patrimonium in ea regione, quam iuridicus administrat, habet.

237 Cfr. frags. 235 y 236.

240 = frag. 185.

**236** Igualmente. Pero también quienes negocian en el mercado de cerdos, si ayudaran a la anona con dos partes de sus bienes, tienen la excusa llevada, por el prefecto de la urbe, la carta testimonial de su negociación, como nuestro emperador y el divino Severo contestaron por rescripto a Manilio Cereal, rescripto en el cual se declara que esos no habían tenido inmunidad antes, pero que ahora se les da esa que se dio a los que ayudan a la anona del pueblo romano.

**237** Paulo en el libro singular *Al municipal*. Sin embargo, los panaderos de la urbe también están excusados de las tutelas de los hijos de sus colegas. Pero también si algunos negociaran en el mercado de cerdos, si ayudaran a la anona con dos partes de su patrimonio, tienen la excusa de tutelas.

**238** Ulpiano en el libro singular *Acerca del oficio del pretor tutelar*. Por consiguiente, si alguien fuera mudo o sordo, sin duda estará excusado de tutela. Pero esos a los que la salud o la locura o una enfermedad crónica excusa, también dejan esas tutelas que antes habían admitido. Otra causa es la de la edad. Nuestro emperador, con su padre, rescribió a Faustino Porcacio, que también el estar privado de la vista.

**239** Igualmente. Como hubiera alegado que él había perdido un ojo y peligraba el otro, rescribió a Furio Epafra que el pretor habría de estimar si por la adversa salud de los ojos debería estar excusado. Éstos también estarán excusados de las admitidas.

**240** Igualmente. La pobreza da llanamente la excusa, si alguien pudiera enseñar que él es incapaz para la carga impuesta, y esto está contenido en el rescripto de los divinos hermanos.<sup>85</sup>

**241** Igualmente. Pero si alguien tiene domicilio en la provincia, debe estar excusado, pero también si alguien tiene su patrimonio en esa región que administra un magistrado jurisdiccional.

85 Marco Aurelio y Lucio Vero.

**242** Item. Scio tamen quosdam, cum per errorem ad potiorum nominationem prosilissent, haud impetrasse, ut deserto iure potiorum ad excusationem se conuerterent.

**243** Paulus libro singulari ad municipalem. Paupertas quoque solet tribuere excusationem, quod oneri tutelae impar esse uideatur.

**244** Paulus libro singulari de officio praetoris tutelaris. Mediocritas et rusticitas et domesticae lites interdum excusationes merentur ex epistulis diuorum Hadriani et Antonini et fratrum ad Caerellium Priscum praetorem tutelarem.

**245** Item. Qui complura allegant, quae singula non sint firma, interdum excusari solent; nam et fratres imperatores Sentio Potito ita rescripserunt: ‘Quamuis singula, quae litteris tuis complexus es, non praestent tibi iustas causas excusationis, tamen quia multa simul congruerunt, mouere nos possunt, ut excusatio tua a tutela recipi possit’.

**246** Paulus libro singulari de excusatione tutorum. ‘Imperatores nostri Aelio Diodoto suo *salutem*. Tutores secundum patris uoluntatem decreto praetoris clarissimi uiri, quod non iure testamento uel codicillis dati fuerant, confirmatos nominare potiores posse non arbitramur, nam iudicium patris, licet iure deficiat, seruandum est’.

244 Cfr. *Dig.* 27, 1, 6, 19.

246 = *frag.* 159.

**242** Igualmente. Pero sé que algunos, como por error se hubieran precipitado a la designación de otros mejores, no obtuvieron, abandonado el derecho de los mejores, volvieron a la excusa.

**243** Paulo en el libro singular *Al municipal*. La pobreza también suele conceder la excusa, porque el pobre parece ser incapaz para el cargo de tutela.

**244** Paulo en el libro singular *Del oficio del pretor tutelar*. La mediocridad y la rusticidad y los pleitos domésticos algunas veces merecen excusas, según las epístolas de los divinos Adriano y Antonino y de los hermanos a Cerelio Prisco, pretor tutelar.

**245** Igualmente. Quienes alegan muchas cosas, que ninguna es firme, algunas veces suelen estar excusados; pues los hermanos emperadores rescribieron a Sentio Potito así: “aunque cada una de las cosas que abrazaste en tus letras no te presenta justas causas de excusa, sin embargo, porque muchas convergen al mismo tiempo, pueden movernos a que podamos aceptar tu excusa de tutela”.

**246** Paulo en el libro singular *De la excusa de los tutores*. “Nuestros emperadores, salud a su Elio Diodoto. No juzgamos que puedan nombrar a otros mejores los tutores confirmados, según la voluntad del padre, por decreto del pretor, hombre clarísimo, porque no habían sido designados conforme a derecho por testamento o por codicilos, pues se debe conservar el juicio del padre, aunque se aparte del derecho”.

**247** Paulus libro I editionis secundae de iurisdictione tutelarum. qui tres pluresue liberos habent superstites, excusari solent *idque* compluribus constitutionibus cauetur tam *diuorum* Marci et Luci, quibus Pontium Marcellum trium liberorum patrem liberauerunt litteris ad eum *emissis*, quam dominorum nostrorum. Sed hic numerus in Italia ciues Romanos liberat. nunc *ex* constitutione principum nostrorum nec in Italia, sed Romae tantum exemplo municipalium munerum; nam Clodio Herodiano ita scripserunt: ‘Sicut in Italia ciues Romani consistentes numero quattuor liberorum *incolumium* a ciuilibus *muneribus excusantur*, ita [qui ad tutelam uel curam uocantur, Romae quidem trium liberorum *incolumium* numero, quorum etiam status non ambigitur, in Italia uero quattuor, in prouinciis autem quinque, habent excusationem’.

(*desunt paginae sedecim*)

247 Cfr. *frags.* 191 y 208.



**247** Paulo en el libro I de la segunda edición *De la jurisdicción del tutelar*. Quienes tienen tres o más hijos vivos, suelen estar excusados, y esto cuidan muchas constituciones, tanto las de los divinos Marco y Lucio, por las cuales enviadas las letras a él, liberaron a Poncio Marcelo, padre de tres hijos, como las de nuestros señores. Pero este número en Italia libera a los ciudadanos romanos. Ahora, según la constitución de nuestros príncipes, no en Italia sino sólo en Roma, a ejemplo de los cargos municipales; pues así rescribieron a Clodio Herodiano: “Como los ciudadanos romanos que viven en Italia, por el número de cuatro hijos vivos, están excusados de cargos civiles, así tienen excusa quienes son llamados a una tutela o curatela, ciertamente en Roma por el número de tres hijos sanos, de cuyo estado tampoco se duda, pero en Italia por cuatro, en las provincias por cinco”.

*(faltan dieciséis páginas)*

## QVANDO DONATOR INTELLEGATVR REVOCASSE VOLVNTATEM

Constan.  
et Caess.  
p. C. 330.

**248** ipsam contumeliis *persequi neque* in affectu pietatis monitos posse mitescere. uolumus igitur ut, si *constiterit* iuxta patrem liberos, contra quam humanitatis ratio deposcit, superbe *crudeliterque* se tollere, emancipatio firmitudine euacuetur, idque quod liberis pater *donationibus* contulit, patris dicioni naturaeque *iuri* subiugati patriae *reddant potestati*, et ita illi, qui sacris euoluti a functione obsequii recesserunt, *necessitatis* laqueis adstricti *noua* commendatione pietatis etiam *detrectantes* ad *id* ueniant. Data XVII k. Aug. Constantinopoli Gallicano *et Symmacho* cons.

Constan.  
et Licin.  
p. C. 316.

**249** **1** Constantinus et Caess. Multas saepe natas ex donatione causas cognouimus, in quibus uel *adumbrata* pro expressis uel *inchoata* pro perfectis uel plurima pro omnibus *controuersiam* faciant, cum agentium uisa pro ingenio ac facultate dicendi aut perfecta *deformarent* aut *inchoata perficerent*. inde ius anceps ac pro dicentium *inpulsu uaccillanti* sententia *non parum* decreta *differebant*, Maxime karissime ac *iucundissime nobis*. *hinc* enim nuper exceptis personis dicta lex est, in quibus summum ius et uoluntas *omni libera* sollempnitate, *modo* perfecta ortus suos praesenti munere *opulentat*. **2** tempestiua dehinc communium donationum cura successit; absolutis enim illis, quae ideo prima sunt, quoniam sunt religione potiora, circumacto animo ad uniuersum donationum genus conspeximus omnes *earum* species signis ac nominibus *inprimendas*, ut in hominum contractibus *differentiam* sui

## CUANDO SE ENTIENDE QUE EL DONADOR REVOCÓ SU VOLUNTAD

**248** perseguir a ella misma por contumelias y no poder mitigar a los advertidos en el afecto de la piedad. Por consiguiente, queremos que, si constara según el padre que los hijos se levantaron soberbia y cruelmente, con firmeza se cancele la emancipación, la que, al contrario, exige la razón de humanidad; y lo que el padre concedió en donaciones a los hijos, los subyugados al dominio del padre y al derecho de la naturaleza devuélvanlo a la patria potestad, y así aquellos que, habiendo sido sacados de los sacrificios, se alejaron de la función de la obediencia, atados por los lazos del parentesco, vengan a esto denigrándolo también con la nueva recomendación de la piedad. Dada 17 días antes de las calendas de agosto<sup>86</sup> en Constantinópolis, siendo cónsules Galicano y Simaco.

**249 1** Constantino y los Césares. A menudo hemos conocido muchas causas nacidas de la donación, en las cuales lo supuesto en vez de lo expreso, o lo comenzado en vez de lo acabado, o mucho en vez de todo harían la controversia, ya que lo visto por el ingenio y la facultad del decir de los que actúan deformaría lo acabado o acabaría lo comenzado. De allí, diferían el derecho ambiguo y no pocas cosas decretadas por el impulso de los que decían con sentencia vacilante, Máximo queridísimo y gratísimo para nosotros. De allí, pues, que hace poco se haya dicho una ley para las personas exceptuadas, entre las cuales hay derecho sumo, y la voluntad libre de toda solemnidad, casi perfecta enriquece sólo sus orígenes con el actual cargo. **2** Desde entonces vino el oportuno cuidado de las donaciones comunes; pues, terminadas las que son primeras, porque son mejores por su religión, llevado el ánimo a todo género de donaciones, observamos que todas las especies de éstas debían imprimirse con signos y nombres, para que en los contratos de los hombres separaran su diferencia con

86 16 de julio.

nuncupationum proprietate secernant. **3** itaque siue *illa* donatio directa sit, siue mortis causa instituta, siue condicionibus *faciendi* non *faciendi*ue suspensa, siue ex aliquo notato tempore promissa, siue ex animo dantium accipientiumue sententiis quantum ius sinit *cognominata*, eius haec prima obseruatio est, ut *quas* leges indulgent condiciones *pactiones*que promantur, hisque penitus *cognitis* uel recipiantur, si complacitae *sunt, uel* reiciantur, si sunt molestae. sed iure *requisitis* parendum erit nec *denegabitur* officium, quin simul spes *abiciatur adipiscendi*. **4** *inretiri* sane condicionibus indefensos minores, quoniam praestare promissa difficile est, non *placuit*. quorum tamen defensores, si forte per eos in obeundis donationum officiiis, quarum cura erit recepta, neglecta utilitas minoris probabitur *et ita minor* commodis spoliabitur, rei *amissae* periculum praestabunt; ita rei familiaris dispendii metus etiam segniores ad ea conficienda ex *tarditate* incitabit. **5** post in iisdem conscribendis praecipue nomen donatoris, ius *ac rem* notans proscribat. tum *utrumque* iure compleatur neque id occulto aut per *imperitos* aut priuatim; his enim rebus *saepe* clandestina fraus, et quae facta sunt infecta *et inducta* quae scripta sunt simulans aliisque ac dehinc aliis largiendo *aque* donando ac saepe uenum dando, multos habendi spe allectos *concurrere* in expugnanda sibi proprietate impulit.

249, 3 = *Cod. Theod.* 8, 12, 1 = *Cod. Iust.* 8, 53, 25 pr.

249, 4 = *Cod. Theod.* 8, 12, 1 pr.

249, 5-8 = *Cod. Theod.* 8, 12, 1, 12 = *Cod. Iust.* 8, 53, 25, 1.

la propiedad de las denominaciones. **3** Y así, ya aquella donación sea directa, ya instituida por causa de muerte, ya suspendida por las condiciones de hacer o no hacer, ya prometida desde algún tiempo marcado, ya denominada por el ánimo de los que la dan o por las sentencias de los que la reciben, en cuanto el derecho lo permite, esta es su primera observación: que se den a conocer las condiciones y los pactos, que conceden las leyes, y, conocidos profundamente éstos, se acepten si son favorables, o se rechacen si son molestos. Pero habrá de someterse a lo requerido conforme a derecho y no se negará el oficio, para que no se excluya al mismo tiempo la esperanza de conseguirla. **4** Ciertamente no agradó que los menores indefensos fueran enredados en condiciones, ya que es difícil que den lo prometido. Sin embargo, sus defensores se responsabilizarán del peligro de la pérdida de la cosa, si casualmente se probara que la utilidad del menor fue descuidada por ellos al cumplir los deberes de las donaciones, cuyo cuidado admitirán y así el menor será privado de comodidades; así, el miedo al dispendio de la cosa familiar incitará también a los más indolentes, desde su lentitud, a realizar aquellas cosas. **5** Después, al inscribir a los mismos, principalmente publique el nombre del donador, anotando el derecho y la cosa. Entonces que se cumplan ambas cosas conforme a derecho y eso no ocultamente por imperitos o privadamente; pues por estas cosas, a menudo, el fraude clandestino, que simula inconcluso lo que está hecho, e inducido lo que está escrito, concediendo a unos y luego a otros y donando y a menudo vendiendo, impulsó a muchos, atraídos por la esperanza de tener, a luchar en conseguir la propiedad para sí.

**6** tabulae itaque, aut quodcumque aliud materiae tempus dabit, uel ab ipso uel ab eo quem fors sumministrauerit scientibus plurimis perscribantur eaeque, ut supra comprehensum est, rebus nominibus personisque distinctae sint; ac tum corporalis traditio (in quam saepe multi talia simulando inrepentes aut ui corpora capientes sollemne illud ius ac uoluntarium inconcessa usurpatione praeripiunt) ea igitur ipsa rerum traditio praesentium, aduocata uicinitate omnibusque arbitris, quorum post fide uti liceat, conuentu plurimorum celebratur. **7** non enim aliter uacua iure dantis res erit, quam ea uel eius uoluntate, si est mobilis, tradatur, uel abscessu sui, si domus aut fundus aut quid eiusdem generis erit, sedem nouo domino patefecerit. quae omnia consignare actis iudicis praestat, ut res multorum mentibus oculis auribus testata nullum effugiat, cuius aut scientiam capiat aut dissimulationem tegat. **8** quod si iudex aberit, cui summa prouinciae commissa est, mandetur istud magistratum actis, atque ut nullus sit subiciendi aut surripiendi locus, cum alterutri commodum sit, eorum exemplis idem magistratus adscribant. Sic enim conscientia multorum, monumentis iudiciorum ac populorum perscriptis aut litium causa peruulgatis omnibus fides abstrusior non erit. **9** talia enim esse oportet dominorum initia, quorum diuturna possessio saepe legitima proprietatum iura perfringit, talis liberalitatum honestas, quae locis clamata omnibus accipientium donantiumque familias liberalitatis et gratiae praedicatione compleat, simul ut, cum sit eximium cuiusque donum promerendo cepisse, eius iucunditas nulla litium tristitudine minuatur.

**6** Y así, las tablillas, o el tiempo dará cualquier otro tipo de material, escríbanse, sabiéndolo muchos, por el mismo o por ese que la casualidad haya proporcionado y, como se comprendió arriba, éstas diferénciense por las cosas, los nombres y las personas; y entonces la tradición corporal (a menudo, no concedida la usurpación, muchos que irrumpen en ésta, simulando tales cosas, o que por la fuerza toman los cuerpos, arrebatan aquel solemne y voluntario derecho); así pues, convocada la vecindad y todos los árbitros, cuya fe sea lícito usar después, esa misma tradición de las cosas presentes celébrese por la reunión de muchos. **7** Pues la cosa del que da conforme a derecho estará libre,<sup>87</sup> no de otro modo que cuando o bien ésta se entregara por voluntad de aquél, si es mueble; o bien, por su ausencia, abriera la sede al nuevo dueño, si fuera una casa o un fundo o algo de ese mismo género. Es preferible consignar todo esto en las actas del juez, para que la cosa atestiguada por las mentes, los ojos, los oídos de muchos no escape a nadie cuyo conocimiento se tome o cuya disimulación se cubra. **8** Y si saliera el juez, a quien se confió la parte más importante de la provincia, mándese esto por las actas de los magistrados, y, para que no haya lugar a suplantarlo o quitarlo, cuando sea conveniente a uno de los dos, los magistrados añadan lo mismo a los ejemplos de ellos. Así pues, por el conocimiento de muchos, habiéndose escrito cabalmente los testimonios de los jueces y de los pueblos o divulgados todos a causa de los litigios, la fe no será más abstrusa para todos. **9** Pues es conveniente que tales sean los inicios de los dueños, cuya posesión prolongada a menudo rompe los derechos legítimos de las propiedades; tal, la honestidad de las liberalidades, la cual proclamada en todos los lugares, colme a las familias de los que reciben y de los que donan, con la proclamación de la liberalidad y de la gracia, de modo que al mismo tiempo, que es eximio haber recibido un regalo de cada uno por merecerlo, su alegría no se disminuya por ninguna tristeza de los litigios.

<sup>87</sup> Quizá se refiera a la *uacuum possessionem facere*, a la entrega de la posesión, es decir, al abandono de ésta por parte del que transmite en favor del adquirente.

**10** quod si in spectanda causa dicendaque sententia orba publico testimonio liberalitas caecam gratiam obscurosq; coetus prodiderit, quoniam sola fraus cognita est, eorum, quae donata dicuntur, temere non erit fides accipienda: sed ea alienatione, *quae publice non sit testata, in donationibus uiuorum reiecta uel superhabita solam eam probamus, quae celebrata uniuersis studiis recte regulas supra propositas sequatur. abolito igitur iure, quod quibusque rebus donandis Cincia lex imposuit neque amplius ea perfectione facienda quam illa ordinauerat negamus certae formae uerborum deinde esse quicquam requirendum, quoniam iam lege commutata uerba et ipsa abolita sunt antea necessaria in donationibus faciendis. neque ullam donationibus iam factis controuersiam uolumus conflare, cum futuris ius per hanc legem ponamus, quae, ut omnes cognoscant quae iussimus,... programmati, tuo praeferenda est. Proposita III non. Febr. Romae Sabino et Rufino cons. in foro diui Traiani.*

Constan.  
p. C. 323?

Schol. ad c. 249. 6. Donationes apud acta firmandas et praesentibus multis inplendas.

**250** *Papinianus* libro XII responsorum. Imperfectam donationem perfectam efficit uoluntas liberalitatis nouissimum usque in diem uitae perseuerans.

**251** Item. Non ideo donatio... filiae tradita placuit... tantem sibi recepisse...



**10** Y si al mirar una causa y al decir la sentencia, la liberalidad, privada del testimonio público, diera a conocer la gracia ciega y las oscuras reuniones, la fe no deberá aceptarse al azar, ya que sólo se conoce el fraude de aquellas cosas que se dicen donadas. Pero, rechazada o tenida, entre las donaciones de los vivos, esa enajenación que públicamente no haya sido atestiguada, aprobamos sólo esa que, celebrada con todos los empeños, rectamente siga las reglas propuestas arriba. Por consiguiente, abolido el derecho que la ley Cincia impuso para donar cada una de las cosas y para no cumplirse esa perfección más que la que aquella había ordenado, nosotros negamos que después deba requerirse algunas palabras de forma determinada, porque, ya conmutada la ley, se abolieron también las palabras mismas, antes necesarias al hacer las donaciones. Y, hechas ya las donaciones, no queremos suscitar alguna controversia, cuando para las futuras donaciones pongamos el derecho a través de esta ley, la cual, para que todos conozcan las cosas que ordenamos,... al escrito, debe ser preferida al tuyo. Propuesta 3 días antes de las nonas de febrero,<sup>88</sup> en Roma, siendo cónsules Sabino y Rufino, en el foro del divino Trajano.

**250** Papiniano en el libro XII *De las respuestas*. La voluntad de la liberalidad, que persevera hasta el último día de la vida, hace perfecta una donación imperfecta.

**251** Igualmente. No por eso la donación... entregada a la hija agradó... que había recibido para sí.

<sup>88</sup> 3 de febrero.

**252** Item. Cum mater absentis filio... ad eum fecit, quas procura... quae instrumenta praediorum e... praediorum ad filium p... uel seruis eius tradita non... *praediorum ad filium peruen... maternae uoluntatis et ei... causa redire iussisset... possessionem praediorum... constare.*

**252a** Item. ... factam praedio neque *mancipato* ...habuisse. respondi nec fideicommiss... in aede sacra aeditu... *litteris* post mortem suam... post mortem suam...*redditam... rationem... uit, quod ne fiducia daretur... num accepit perueniret qui...*

**253** ...*donatio* perficitur; cum autem creditor... nem, si debitor pecuniam, quam *delega... stipulatione* factam nouationem... *dam stipulationem* uenit... *inchoauit* respondi.

**253a** Item. ...*possessione* tradita, quam irritam ...*donauit*, in iis praediis fuit.

**253b** Item. ... [Donationes in concubinam colla]tas non posse reuocari conue[nit, nec, si matrimonium inter eosdem postea fuerit contractu]m, ad irritum reccidere [quod ante iure ualuit; an autem maritalis honor e]t affectio pridem praecesserit... [personis compar]atis, uitae coniunctione [considerata perpendendum esse respondi].

**252** Igualmente. Cuando la madre, ausente el hijo... para él hizo... a las cuales... los cuales instrumentos de los predios... de los predios para el hijo... o entregados a los esclavos de él no... de los predios para el hijo... de la voluntad materna y le... por la causa hubiera ordenado regresar... que la posesión de los predios... consta.

**252a** Igualmente... hecha y no enajenado el predio... tuvo. Respondí que ni el... en un templo sagrado el encargado...<sup>89</sup> en el escrito después de su muerte... después de su muerte... devuelta... la razón..., lo cual para que de la fiducia no diera... acaso admitió que llegaría el que...

**253**... la donación se realiza; pero cuando el acreedor... si el deudor el dinero, el cual... la novación hecha por estipulación... respondí... vino la estipulación... comenzó.

**253a** Igualmente...entregada la posesión, la cual anulada... donó, fue en esos predios.

**253b** Igualmente. Convino que las donaciones concedidas a la concubina no podían revocarse, ni recaer en lo anulado que antes por derecho valió, si después entre los mismos se hubiera contraído matrimonio; pero si antes hubieran precedido el honor y el afecto marital... comparadas las personas, respondí que, considerada la unión de la vida, esto se debía sopesar.

89 Mommsen remite a *Dig.* 31, 77, 26. *Donationis praediorum epistulam ignorante filio mater in aede sacra uerbis fideicommissi non subnixam deposuit et litteras tales ad aedituum misit: instrumentum uoluntatis meae post mortem meam filio meo tradi uolo.* (Ignorante el hijo, una madre dejó en un templo una carta de donación de predios, no apoyándose en las palabras de un fideicomiso, y envió al encargado del templo tal escrito: “después de mi muerte, quiero que se entregue a mi hijo el documento de mi voluntad”).

**254** *Item.* [Species extra dotem a matre uiro filiae no]mine traditas filiae, quae [praesens fuit, donatas et ab ea uiro traditas uide]ri respondi, nec matrem [offensam repetitionem habere uel eas recte] uindicare, quod uir cauis[set extra dotem usibus puellae sibi traditas,] cum ea significatione non [modus donationis declaratur nec ab usu propri]etas separetur, sed peculium [a dote puellae distingueretur].

**255** *Item.*[Pater qui filiae quam habuit in potestate mancipi]a donauit et peculium, *quamquam soluta potestate iure emancipationis uita decessit, ei* [non ademit, ex post facto donationem uidebatur perf]ecisse.

**256** ...bat praediorum, quae pater ei post... am donationem genuit... esset; parui etenim refert... *nam licet iure donatio perfecta non probaretur, arbitrum hereditatis diuidendae... nihilominus patris uoluntatem recte secuturum... ea dati sint.*

**256a** *Item. Recte filiae in potestate patrem donasse respondi, cum alteri filiae propria praedia praelegaret et adiecisset ‘exceptis quae sorori tuae donauit’. nam et testamento liberalitatem confirmatam et aperte patris declaratam uoluntatem; quod diuisionis arbitrio sufficit iuris quoque uerbis deficientibus.*

254 = *Dig.* 39, 5, 31, 1.

255 = *Dig.* 39, 5, 31, 2.

**254** Igualmente. Respondí que las especies entregadas fuera de dote por la madre al esposo en nombre de la hija, parecen donadas a la hija, que estuvo presente, y entregadas por ésta al esposo, y que la madre, ofendida, no tiene reclamación o que no las vindica rectamente, porque el esposo había cuidado que se las entregaran fuera de dote para usos de la muchacha, ya que con esa significación no se declararía el modo de la donación, ni la propiedad se separaría del uso, pero el peculio se distinguiría de la dote de la muchacha.

**255** Igualmente. El padre que donó esclavos a la hija que tuvo bajo potestad y no le quitó el peculio, aunque se alejó de la vida, después de disuelta la potestad por el derecho de emancipación, parecía que había realizado la donación de acuerdo con lo hecho después.

**256**... de los predios, que el padre después le... originó la donación... sería; en efecto, importa poco... pues aunque conforme a derecho la donación no se probara como perfecta, al árbitro para dividir la herencia... que no menos seguiría rectamente la voluntad del padre... eso haya sido dado.

**256a** Igualmente. Respondí que el padre había donado rectamente a la hija que tenía bajo potestad, ya que previamente legara los predios propios a la otra hija, y había añadido: “exceptuados los que doné a tu hermana”. Pues que también la liberalidad se confirmó por testamento, y que la voluntad del padre se declaró abiertamente; lo cual es suficiente al arbitrio de la división, faltando también las palabras del derecho.

**257** Item. Eiusmodi lege deposita in aede arca, ut eam ipse *solutus*, qui deposuit, tolleret aut post mortem domini Aelius Speratus, non uideri perfectam donationem respondi.

**258** Item. Pomponius Philadelphus dotis causa praedia filiae Pomponiae, quam habuit in potestate, tradidit et mercedes eorum genero *soluti* mandauit: an ea praecipua filia retinere possit, cum *omnes* filios heredes instituisset, quaerebatur. Iustam causam retinendae possessionis habere filiam, quoniam pater praedia *de* quibus quaerebatur dotis esse uoluit, et matrimonium post mortem quoque patris constiterat, *respondi*; filiam etenim, quae naturaliter agros retinuit, specie dotis, cuius capax fuit, defendi.

**259** Item. Mulier sine tutoris auctoritate praedium stipendiarium instructum non mortis causa Latino donauerat. perfectam in praedio ceterisque rebus nec *mancipii* donationem esse apparuit, seruos autem et pecora, quae collo uel dorso domarentur, usu non capta. si tamen uoluntatem mulier non mutasset, Latino quoque doli profuturam duplicationem respondi; non enim mortis causa capitur quod *aliter* donatum est, quoniam morte Cincia remouetur.

257 = *Dig.* 39, 5, 31, 3.

258 = *Dig.* 10, 2, 35.

**257** Igualmente. Depositada conforme a la ley un arca en un templo, de modo que sólo él mismo, el que la depositó, la levantara, o Elio Esperado, después de la muerte del dueño, respondí que no parece una donación perfecta.

**258** Igualmente. Pomponio Filadelfo entregó los predios por causa de dote a su hija Pomponia, que tuvo bajo potestad, y mandó que las ganancias de aquellos se pagaran al yerno. Se preguntaba si, habiendo instituido herederos a todos los hijos, la hija, como principal, podía retenerlos. Respondí que la hija tenía justa causa de retener la posesión, ya que el padre quiso que los predios acerca de los cuales se preguntaba, fueran de la dote, y el matrimonio se había mantenido también después de la muerte del padre; que la hija, en efecto, que de modo natural retuvo los campos, es defendida por la especie de la dote, de la cual fue capaz.

**259** Igualmente. Una mujer sin autoridad del tutor había donado a Latino, no por causa de muerte, un predio dispuesto como estipendiario. Apareció que la donación era perfecta para el predio y para las demás cosas no mancipables, pero que los esclavos y los ganados que se doman por el cuello y el dorso, no se adquieren por usucapión. Sin embargo, respondí que si la mujer no hubiera cambiado su voluntad, la duplicación del dolo aprovecharía también a Latino; pues no se adquiere por causa de muerte lo que fue donado de otro modo, ya que con la muerte la ley Cincia se anula.

## AD LEGEM CINCIAM DE DONATIONIBVS

Papin.  
lib. XII  
resp.

**260** Item. Filius emancipatus, cui pater peculium non ademit, res quidem pro donato uel pro suo, quod iustam causam possidendi habet, usu capit, sed debitorum conuenire non potest neque lites *peculiares* prosecute, si non sit in rem suam cognitor datus aut nominum delegationes interuenerunt. plane quod ei soluitur patre non dissentiente, debitorem liberat, nec interest an emancipatum ignoret uel ei non esse peculium ademptum, cum rei substantia plus polleat existimatione falsa.

**261** Item. Peculium uindicta manumisso uel inter amicos si non adimatur, donari uidetur. quae ratio facit, ut ex iusta causa possidens usucapere *rem* possit. aliud in his placuit, qui *testamento* libertatem acceperunt *uel testamento* parentis potestate soluuntur; quos amittere peculium, si non sit legatum, constitit, neque enim tacita liberalitas defuncti permittentis retinere peculium potuit intellegi.

**262** Item. Sponsae res simpliciter donatae non insectis nuptiis non repetuntur. Sed et si adfinitatis contrahendae causa donationes factae sunt et nuntium sponsus culpa sua remiserit, aequae non repetuntur. quod ita intellegi oportet, si reuocandis donationibus condicio *non* comprehendatur non coniuncto matrimonio non perficiendi contractus.



## A LA LEY CINCA DE DONACIONES

**260** Igualmente. El hijo emancipado, a quien el padre no quitó el peculio, ciertamente adquiere por usucapión las cosas como algo donado o como algo suyo porque tiene justa causa para poseer, pero no puede convenir con los deudores ni proseguir litigios pecuniarios,<sup>90</sup> si no se diera un representante legal en su propio asunto o si intervinieron delegaciones de deudas. Lo que totalmente le es pagado, no disintiendo el padre, libera al deudor, y no interesa si ignora que fue emancipado o no le fue quitado el peculio, siendo más eficaz la sustancia de la cosa que una falsa estimación.

**261** Igualmente. Parece que se dona un peculio al manumitido por la vindicta o entre amigos,<sup>91</sup> si no se quita. Esta razón hace que quien posee por justa causa pueda adquirir por usucapión la cosa. Se dispuso otra cosa para los que por testamento recibieron la libertad o por testamento son liberados de la potestad del padre; consta que éstos perdían el peculio si no hubiera sido legado, y sin duda no se pudo entender la tácita liberalidad del difunto que permitía retener el peculio.

**262** Igualmente. Las cosas donadas de modo simple a la prometida, no habiendo seguido las nupcias, no se reclaman. Pero también si las donaciones se hicieron por contraer parentesco de afinidad, y el prometido hubiera enviado, por su culpa, un anuncio de divorcio, igualmente no se reclaman. Y conviene que esto se entienda así: si no se comprende la condición para revocar las donaciones, no unido el matrimonio, los contratos no deben realizarse.

90 Mommsen señala que en el código vaticano aparece “*pecun*”, lo cual parece significar “pecuniarias”, pero que él corrigió por “pecuniarias”. *Cfr.* Mommsen, Theodorus (ed.), *Fragmenta... cit.*, p. 82, nota 2.

91 La *manumissio vindicta* y la *manumissio inter amicos* son formas de conceder la libertad a un esclavo, la primera es una forma solemne.

**263** Item. Eam quae bona sua filiis per epistulam citra stipulationem donauit, si neque possessionem rerum singularum tradidit neque per mancipationem praediorum dominium transtulit nec interpositis delegationibus aut inchoatis litibus actiones nouauit, nihil egisse placuit.

**264** Item. Matrem, quae sine tutoris auctoritate filio donationis causa praesentes seruos mancipio dedit, perfecisse donationem apparuit.

**264a** Pollicitatio donationis inter priuatos uim obligationis non inducit.

**265** Item. Aurum et argentum, quod in re praesenti fuit, pater filio sui iuris donauit eiusque possessionem traditam esse instrumento palam fecit: non idcirco donationem inritam factam existi-maui, quod usum omnium rerum apud patrem filius reliquit.

**266** Vlpianus libro I ad edictum de rebus creditis. *Indebitum*, solutum accipimus non solum si omnino non debebatur, sed et si per aliquam exceptionem peti non poterat, id est perpetuam exceptionem. quare hoc quoque repeti poterit, si quis perpetua exceptione tutus soluerit. unde si quis contra legem Cinciam obligatus non excepto soluerit, debuit dici repetere eum posse, nam semper exceptione Cinciae uti potuit, nec solum ipse, uerum, ut Procleiani contra *Sabinianos* putant, etiam quiuis, quasi popularis sit haec exceptio, sed et *heres* eius, nisi forte durante uoluntate decessit donator: *tunc* enim doli replicationem locum habere imperator noster rescripsit in haec uerba.

266 = *Dig.* 12, 6, 26, 3.

